




Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford-Messer
Bequest



H. P. FARRER



BR
60
.M61

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM.

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS,
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULA,

IUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIUM OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULAREM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAQVE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

IUXTA AD QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA; SED PRÆSENTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ulla EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INUITO CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIMILIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ RECUSU CONSTANter SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSENTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA. SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BISSARIONIS.

ACCURANTE J. - P. MIGNE,

Bibliothecæ clerici universæ,

SIVE CURSUS COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1140 FRANCIS VENIT: GRÆCA DUPLI CI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 404 VOLUMINA IN 409 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT; DUM HUIUS VERSIO NEMPE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE NEMPE LATINUM 5 FRANCIS SOLEMNIMODO ENITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO PROUTUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUIUSQUE VOLUMINIS AMPLIITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUAVUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM ENAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM ORDINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIÆ, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBDICENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOVUS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CLVI.

MANUEL II PALÆOLOGUS. GEORG. PHRANTZA. ALII.

EXCUBEATUR ET VENIT APUD J. - P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA THIBAUD, OLIM D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO
D'ENFER NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIENSIA.

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV. ANNI 1415-1453.

ΤΟΥ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΔΟΤΙΣΤΑΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΚΥΡΟΥ

ΜΑΝΟΥΗΛ

ΤΟΥ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

PIISSIMI ET SAPIENTISSIMI IMPERATORIS

MANUELIS PALÆOLOGI

OPERA OMNIA,

THEOLOGICA, POLEMICA, PANEGYRICA, PÆDAGOGICA.

ACCEDUNT

GEORGII PHRANTZÆ CHRONICON

CUM EJUSDEM ABBREVIATIONE VATICANA;

NEC NON

JOANNIS ANAGNOSTÆ, JOANNIS CANANI, MANUELIS CHRYSOLORE

SCRIPTA HISTORICA, EPISTOLÆ.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA THIBAUD, OLIM D'AMBOISE. PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO
D'ENFER NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV, ANNI 1415-1453.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CLVI CONTINENTUR.

MANUEL CHRYSOLORAS.		
<i>Manuelis Chrysoloræ Vita et Scripta, ex Fabricio in Bibliotheca Græca, et Hankio De Script. rerum Byzant. Insunt Chrysoloræ Elogia varia et inscriptiones funereæ.</i>		
Manuelis Chrysoloræ Epistolæ.	9	
	23	
JOANNES CANANUS.		
Historia obsidionis urbis Cpolitanzæ ab Amurate II, anno 1422, die 10 Junii inchoatæ, die 24 Augusti solutæ.	61	
MANUEL II PALÆOLOGUS.		
<i>Notitia biographica ex Henrici Warton Supplem. ad Cave de script. eccles.</i>	81	
<i>Notitia bibliographica ex Joan. Alb. Fabricii Bibliotheca Græca.</i>	83	
MANUELIS PALÆOLOGI OPERA.		
Dialogus cum matresua, sive de nuptiis (titulus et principium, cum epistola Demetrio Cydonio inscripta quæ Dialogo præmittitur).	83	
Epistola ad Andream Asanem περί όνειράτων, de insomniis.	87	
Oratio Panegyrica περί της του βασιλέως ύγιείας.	91	
Oratio in SS. Virginis Deiparæ dormitionem.	91	
Canon deprecatorius in SS. Dominam Deiparam pro presentibus periculis.	107	
Dialogi quos cum Persa aliquo habuit, Muterizæ munere fungente in Galatiæ oppido Ancyra. Præmittuntur C. B. Hasii editoris Prolegomena vernaculo sermone scripta.	125	
Præfatio ad Theodorum fratrem,	125	
Dialogus primus. De angelis et animabus.	133	
Dialogus II. De cœlo et terra; item de Adami lapsu Christieque judicio et Moamethis paraiso.	149	
Laudatio funebris fratris sui Theodori Palæologi Despote. Præmittuntur Franc. Combesisii Præfatio et Georgii Plethonis Prothœria.		181
Præcepta educationis regiz ad Joannem filium, ex editione Joannis Leunclavii Basileensi 1578, quæ Francisco Medicæo, Magno Tusciæ Duci inscribitur.		309
Orationes septem ethico-politiæ, ad Joannem filium, ex eadem editione.		385
Preces matutinæ.		563
Capita compunctionis metrica.		575
Anacreonticon in quemdam ignorantem et loquacem.		575
Imago veris in aulæo textili operis phrygii.		577
In persona Tamerlanis, ad Bajazetem in prælio victum allocutio.		579
De fulmine Agareno (Bajazete) in forma psalmi.		581
Epistola ad Manuelem Chrysoloram, ab imperatore scripta cum in aula regis Anglorum Henrici IV versaretur, auxilium emendicans.		581
JOANNES ANAGNOSTA.		
<i>Joannis Anagnostæ Vita et Scripta, ex Hankio De Script. rer. Byzant.</i>		585
Narratio de extremo excidio Thessaloniciæ, anno 450 ab Amurate II expugnata.		788
GEORGIUS PHRANTZA.		
<i>De Vita et Scriptis Georgii Phrantzæ, ex Joan. Alb. Fabricii Bibliotheca Græca.</i>		633
Chronicon majus, ex editione Jacobi Pontani et Francisci Caroli Alteri.		637
Chronicon minus seu abbreviatum, ex edit. card. Angeli Mail.		1025

MANUEL CHRYSOLORAS

NOTITIA

(FABRIC., *Bibliotheca Græca*, ed. Harles, tom. XI, p. 409.)

Tres, Chrysoloras cognomine, eodem fere tempore fuisse notandum est (ut docet Allatius contra Creyghonum p. 3 sq.), Manuelem, Demetrium et Joannem. Manuel (a), scriptore Paulo Jovio in elogiis, post septingentos annos [imo diutius, v. Hodium l. c. p. 54] in Italiam Græcas litteras reportavit, et Byzantio emissus a Joanne imperatore, Europæ reges adivit, pereunti Græciæ maturam opem imploraturus; sed Græcia præsentis metu liberata, quod Tamerlanus, terror Orientis, Bajazetum Ottomanum vivum cepisset, in Italia pedem sistit, et Venetiis primum, et mox Florentiæ, Romæque, ac demum vocante Galeatio principe, Ticini Græcarum litterarum ingentibus præmiis studium excitavit, tanta felicitate, ut ex ejus schola summæ laudis ingenia prodierint. Inter quæ fuerunt Leonardus Aretinus, Franciscus Barbarus, Pallas de Noferi, Strozzius Franciscus, Guarinus Veronensis, Philelphus et Poggius. His adde Nicolaum Nicolium, Petrum Paulum Vergerium, Albertum Rubeum, Leonardum Justinianum, Philippum Ugolinum, Ambrosium Camaldulensem, Andream Dominicum Florentinum, Antonium Corbinellum, Jannoctium Manettum, sive, ut eum vocat Leander Albertus, Janettum Manettum. Postremo, cum Constantiæ synodus, ad tollendam pseudo-pontificum controversiam indicta, tanti spectaculi cupidum excivisset, Constantiæ interiit: ibique tumultus est in Prædicatorum monasterio ante aram, cujus legitur hoc epitaphium: *Manuel Chrysoloras miles Constantinopolitanus ex vetusto genere Romanorum. Qui cum Constantino imp. migravit, vir doctissimus, prudentissimus, optimus, qui tempore generalis concilii Constantiensis diem obiit ea existimatione, ut ab omnibus sacerdotio dignus haberetur, die 15 April. Conditus est anno 1415.*

*Ille ego (c), qui Latium priscas imitatur artes
Explosis docui sermone ambagibus, et qui
Eloquium magni Demosthenis et Ciceronis
In lucem retuli, Chrysoloras nomine notus,
Hic situs, emoriens peregrina sede quiesco.
Huc me concilii deduxit cura, trium dum
Pontificum ecclesiam vexaret schisma per orbem.
Roma meos genuit majores, me bona tellus
Byzantina tulit, cineres Constantia servat.
Quo moriare loco, nil refert. Undique cælum
Pænarumque locus mensura distat eadem.*

(a) Hujus Manuelis Chrysoloræ elogium in Roberti Creyghoni Præf. ad synodum Florentinam Silvestri Syropuli, qui sect. II, c. 7, Manuelis etiam meminit, licet in Latina versione Michael Chrysoloras exhibeatur. Videndi præterea Isaacus Bullart, *Academ. des sciences*, tom. I, pag. 265. Paulus Freherus theatro virorum doctorum p. 1423 seq. et viri clarissimi, qui historiam concilii Constantiensis tradiderunt, Latine quidem Hermannus ab Hardt Prolegom., p. 10 sq.; et Gallicè Jacobus Lefant, lib. II, p. 125. Andreæ Juliani oratio dicta in Chrysoloræ funere et edita ab eodem Lefantio ad calcem Poggianorum, p. 327. Idem denique Hermannus ab Hardt in Memoria Chrysoloræ Byzantini, qui ann. 1390 Græca studia in Occidente suscitavit primus; et Wesseli Groningensis, Helmut. 1718, 8 (FABR.) De eo multo plures egerunt; scil. Hankius, *De scriptor. rerum Byzantinar.* cap. 37, p. 626 sqq. — Jo. Moller. in *Homonymoscopya*, sect. 2, cap. 5, § 11, p. 430 sq. Henr. Wharton et Rob. Geriùs in Append. ad Cavei *Histor.*

litt. SS. Eccl. vol. II, p. 81, ad ann. 1389. — Humphr. Hodius, *De Græcis illustrib.* lib. I, cap. 2, p. 42-63, qui Jovii narrationem valde castigat emendatque. — Christ. Frid. Bærner, *De doctis hominibus Græcis, litterarum Græc. in Italia instauratoribus*, Lips. 1750, p. 1-35. — Jagemann, in *Geschichte der freyen K. u. Wissensch. in Italien*, tom. III, part. III, p. 543 sqq., qui præcipue laudat de eo optime agentem Franc. Anton. Zachariam s. Zaccariam, in *Bibl. di Storia letter.* tom. III, part. II, p. 410 sqq. — Jac. Brucker. in *Hist. crit. philos.* tom. IV, p. 5 sq. et in Append. sive vol. VI, p. 675 sqq. — Hamberger. in *Zuvert. Nachricht.* tom. IV, p. 649 sqq. et Saxius in *Onom. litt.* part. II, p. 589 sq. ad ann. 1400, ac p. 573, qui alios præterea VV. DD. laudarunt. Add. infra ad not. (HARL.)

(b) Conf. Foppii, *Histor. vitæ*, etc. Fr. Philelphi, in *Miscell. Lipsiens.* tom. V, Lips. 1717, 8, p. 325. (HARL.)

(c) Horum versuum auctor Æneas Sylvius.

Notat Jovius, nulla opera præter *Ar. is grammaticæ regulas* (d) gravioris doctrinæ monumenta reliquisse. Ego ipsius *comparationem veteris et novæ Romæ*, nec non *Epistolas*, alteram ad Joannem Chrysoloram, alteram ad Demetrium Chrysoloram, Græce scriptas elegantissime, editasque a Petro Lambecio in postrema Codini impressione *De antiquitatibus Constantinopolitanis*, Paris. 1665, fol. [rec. inter scriptor. Byzant. histor. tom. XVIII, p. 81, ed. Venet.] nec non *Tractatum de processione Spiritus sancti* contra Græcos, brevem, sed satis acutum et solidum legi. Incipit: *Ἐρωταίος γράψων ὁ μακάριος Παῦλος περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, φησίν.* His adde *Versionem Græcam liturgiæ S. Gregorii papæ*, de qua infra p. 700. (FABR.) Mosquæ in cod. synod. 302 n. 62, Man. Chrysol. *De processione Spiritus sancti*. Inc. *Τούτο δὲ καὶ ἐξ ἀναντιρρήτων.* V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq. p. 198. — Idem opus Paris. in bibl. publ. cod. 1500. — Ibid. *Encomium utriusque Romæ*, in codd. 2912, n. 2, et 2968. — *Erotemata* ibid. in codd. 2609, n. 1, passim inter lineas interpretatio Lat. 2610, n. 1, et 2611. — *Venet.* in bibl. Marcian. cod. 457. *De process. Spirit. sancti*. Cat. codd. Gr. Marc. p. 89. — Ib. in cod. 78, *Missalis Romani orat. Gr. et Ordo Missæ*, sec. ritum Roman. (v. cod. 57 et sq. In Cat. codd. Gr. Marc. p. 26.) redditæ a *Manuele Chrysolora*: de quibus docte pleneque disputat cel. Morell. in *Bibl. ms. Gr. et Latina*, tom. I, p. 59 sqq. — *Erotemata* Oxon. in cod. 1, Baroc. — Sec. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss. Erotemata*, p. 54 D, p. 35 A. *Romæ* in bibl. reginæ Sueciæ in Vaticana, p. 175 E.; in bibl. Barberina, Man. Chrysol. quædam, p. 187 C.; ibid. in cod. Ottobon. — p. 200 A. Ibid. in *Bibl. Patr. S. Basilii*, Chrysoloræ epistola ad Anton. de Ascula, et hujus responsio, p. 493 C. in bibl. Ambros. Mediol. theorematum et grammatica, quater. — *Comparatio veteris et novæ Romæ*, p. 255 D, 256 D, 266 D, 357 et 558 B. Florent. in bibl. Laurent. Medic. — Chrysoloræ *Quæstiones*, p. 769 D. Paris. in bibl. publ. — Ib. p. 55, in cod. Vatic. 4874, bibl. Reg. Sueciæ, Plato *De republica*, Lat. per Man. Chrysoloram, et p. 56, n. 1886. Ibid. Francisc. Aleardi, Veronensis, *Translatio laudationis urbis Romæ et CPolis*, auctore Man. Chrysolora ad Galeazium Storzium (conf. *Mabilion. in Museo Ital. tom. I, p. 98.*); ib. p. 91 B. in bibl. Alex. Petavii, in Vatic. ejusd. ad Constantinum imper. *Laudatio CPol. et Romæ*, interprete Franc. Leon. Veronensi bis. — p. 1323 E. in bibl. Mazar. cod. 157, *De processione Spirit. sancti*. — p. 1326 C. in bibl. de Mesme, Man. Chrysoloras, non adhibito operis nomine. — Ibid. p. 597 D, Lipsiæ in bibl. Paulina, et p. 917 A. in bibl. publ. Paris. n. 10542, *Andrææ Juliani pro Man. Chrysol. Oratio funebris*. — Quatuor *Epistolæ*, Florentiæ in bibl. Laurent., cod. 20, n. 1, 2, 3 et 6, plut. 6, atque cod. 25 plut. 59. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 139, et in vol. II, p. 541 (V. supra, vol. VI, p. 326 sqq.), et de Palante Strozza, qui in Græcis litteris audiverat Manuelem. V. eundem in *Specimine litterat. Florent.* tom. I, p. 71 sq. — Mich. Apostoli Epp. ad *Manuelem et Joannem Chrysoloras*, Vindob. in cod. 69 n. 6. V. Lambec. VII, p. 249. — Ferraria mss. *Epitome-Grammaticæ*, compositæ a Man. Chrysol. et ejusd. *Erotemata*. V. Franc. Anton. Zachariæ, *Iter litterar. per Italiam*, Venet. 1762, 4, p. 157 et 158, n. 9 et 10. (HARL.)

Alius est Joannes Chrysoloras, ad quem exstant Epistolæ Manuelis Chrysoloræ et Nicephori Gregoræ de eclipsibus solaribus: cujus illud est principium: *Τὴν μὲν παραμύζαν, ἀεὶ τῆς Διόνης, φάσκουσάν.* An aliquid scripserit, clam me est. Et forte ille est, cujus meminit Georgius Phranza non sine jure, quamvis addat, eum sententiarum Barlaami, monachi Calabri, sectatorem, a Gregorio Palama fuisse oppressum, lib. 1, cap. 12. *Quod Joanni Chrysoloræ, eadem sententiæ, dicendicæ et disputandi similiter bene perito perinde fecit.* Et supra de Calabro scripserat: *Persuasibilia verba et nugæ Calabri Palomæ veluti aranearum telas discussisse.* Etsi, quæ de Joanne dicit Protovestiarius, ad Manuelem referat Jacobus Pontanus. Hic Joannes socer fuit (non Manuel Chrysoloras, ut Vossio et aliis persuasum), Francisci Phililphi viri clarissimi. (Vide *Giornale de letterati d'Italia*, tom. XIV, p. 319 sqq. in *Apostoli Zenii Dissert. Vossianæ*, tom. I, p. 276.) Ad eundem Joannem Epistola Michaelis Apostoli CPoli data, ms. in bibl. Cesarea. (FABR.) In cod. 69 n. 6. V. Lambec. VII, p. 249, Kollar. Conf. Hodium l. c. pag. 63 sqq. qui postea pag. 50 (per errorem typothetæ) docet, Jo. Chrysoloræ discipulum CPoli et geneum fuisse Franc. Phililephum: et Moller. in *Homonymoscopia*, p. 431. (HARL.)

Tertius est Demetrius Chrysoloras, φιλόσοφος, καὶ περὶ τὴν ἀστρονομικὴν ἐπιστήμην, ἄλλως δὲ καὶ φίλιος τοῦ σοφοῦ βασιλέως Μανουὴλ. *Philosophus et astronomicæ scientiæ operam navans, alio etiam nomine sapientis imperatoris Manuelis pernecessarius.* Hic interrogatus, an aliquid sciret ex artis peritia circa futurum, respondit: *Ὡς ἔβδωμος Παλαιόλογος μέλλει ποιῆσαι τὴν μετὰ τῶν Ἀπείνων ἔνωσιν, καὶ μέλλει γενέσθαι καὶ πολὺ κακὸν εἰς τοὺς Χριστιανούς.* *Septimum Palæologum initurum concordiam cum Latinis, et postmodum magnam calamitatem Christianis maxime exitabilem futuram.* Syropulus sect. I, cap. 8. Hic Demetrius scripsit *Dialogum* (e), in quo colloquantur Thomas, Nilus, Cydones, Chrysol-

(d) Conf. quæ notavi volum. VI, p. 481 (FABR.) s. vol. VII, p. 802 sqq. ed. nov. ubi nota h plura de eo ejusque scriptis horumque cod. Laurent. attuli. Jovium quoque jam erroris arguit, et plura Man. Chrysol. scripta recensuit Hodius l. c. p. 19 sqq. Add. supra, vol. IV, p. 665, in primis supra vol. VI, p. 325 sqq. ubi de ejus opp., maxime de illis *Erotematibus* horumque codd. atque edi-

tionibus copiose agitur, et quæ scripsi in *Introd. in Hist. L. Gr. II, part. I, p. 545 seq.* atque in *supplem. part. II, p. 62 sq. Erotemata* eisd. add. gr. Argentor. 1506, 8, Paris. 1511 et 1512, 4, ap. Gourmont. (HARL.)

(e) Conf. supra ad Demetrium Cyl. n. 17; et Bandin. I. ibi cit. I, p. 32, animadvertit, Demetrium Chrysoloram in eo dialogo disputare cum

ras, *Adversus Demetrium Cydonium* (f), qui pro Thoma Aquina calamum adversus Nilum Cabasilam strinxerat; incipit: Μέγας μὲν ὁ τῶν ἑμοφύλων καθ' ἡμῶν πλεμος καὶ πολὺ τῶν ἀλλογενῶν ἰσχυρότερος. Exstat et alter *adversus Latinos dialogus*, cujus titulus: Οὐ δίκαιόν ἐστιν ὀρθοδόξους ἐτέρων ὀρθοδόξων κατηγορεῖν ἐν εὐδενί πράγματι. Incipit: Τί δὲ τὸ κατηγορεῖν, ὡ Θεοδόσιε, καὶ τίνες οἱ τοῦτω χρώμενοι. Item *Tractatus ex libris Nili contra Latinos de processione Spiritus sancti*, qui inscribitur: Κατὰ Λατίνων λόγος συνοπτικὸς ἀφ' ὧν ἐποήσεν ὁ ἁγιώτατος Νεῖλος ἀρχιεπίσκοπος Θεσσαλονίκης, οὗ καὶ τὰς τῶν ἐναντίων ἐνστάσεις καὶ τοὺς συλλογισμοὺς αὐτοῖς σχήμασιν ἀποδεικνύς ἐν συντόμῳ κατὰ συλλογισμῶν ἑκαστον. Incipit: Ἀρχατὰ δέξα τῆ Ἐκκλησίᾳ (g) Legitur etiam ipsius in *sanctum martyrem Demetrium*. laudatio non inelegans, incipit: Δημήτριος, τὸ γλυκὺ πρᾶγμα καὶ θαυμαστὸν ὄνομα. [V. supra, vol. X, p. 218. HARL.] Editā etiam est ejusdem *Epistola ad Barlaamum*, episcopi Giracensem, Latina, *qua ponens omnia dubia de processione Spiritus sancti petit ab eo scire per quas ipse cogitationes ex opinando, quod ex solo Patre Spiritus sanctus procedit, reversus est ad tenendum, quod etiam ex Filio procedit*, fortasse ab eodem Barlaamo Latina facta; mihi enim usquedum Græcam videre non contigit. Epistolæ respondit ipse Barlaamus, et legitur responsio in *Bibliotheca Patrum* editionis Coloniensis. Legitur præterea Demetrii Chrysoloræ alia *ad Antonium Asculanum Epistola* dubitantem, ὡς ἐπειδὴ τὸ δὲν κρείττον τοῦ μὴ ὄντος, πῶς ὁ Κύριος εἴρηκε περὶ τοῦ Ἰουδα, ὅτι καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἔγεννηθῆ. Incipit: Ἀπορῶντέ σοι ὡς ἐπειδὴ τὸ δὲν τοῦ μὴ ὄντος κρείττον. Hæc Allatius, *Adversus Gregghionum*, p. 3 sq. et *De consensu*, cap. 18, §. 12, p. 664. Demetrii Chrysoloræ *Epistolæ centum ad Manuelem Palæologum imp.* ms. in bibl. Bœdleiāna, [cod. Baroc. 425, et Paris. in bibl. publ. cod. 1191, n. 10. HARL.] Vide catalogum mss. Angliæ, p. 14. Plura de Demetrii hujus Thessalonicensis scriptis, ut de *Homiliis*, ut de *Epigrammate in Theodorum despotam funebri* (h), Rob. Gerns in Appendice ad partem secundam *Historiæ literariæ scriptorum ecclesiasticorum Cavei*, ubi notat, illam *Disceptationem cum Antonio Asculano habitam coram Manuele imp. de verbis Christi, melius esse Judæ, ut natus non esset*, cum tamen ens non enti præstet, Latine exstare et versione Georgii Trombæ, vulgatam Florent. 1618, 4. (FABR.) Conf. Henr. Wharton et Rob. Gerium in Append. ad Cavei *Hist. litt.* citatam, p. 129 sq., ed. Basil. Prior illorum scribit, Dem. Chrysol. claruisse circa an. 1450; posterior autem ætatem ejus assignat ann. 1398. Contra Oudin. in *Comm. de SS. Eccl.* III, col. 2504 sq. eum censet floruisse ann. 1420 ac seqq. (HARL.)

Demetrio Cydon., et e quantumvis, ait, dialogus inscribitur Θωμαῆς, Νεῖλος, Κυδώνης, Χρυσολώρας, hoc non eo pertinet, quod Thomas Aquinas et Nilus Cabasilas simul disserant, sed quia in disputando illius partis Demetrius, hujus Chrysoloras tnetur. Et de ingenio styloque judicat. — Idem, ibid. p. 495, tria Demetrii Chrysol. opuscula in cod. Laur. 31, plut. 10, servata recenset, n. 3, *sermonem in magnum Demetrium et in unguenta* (a Fabricio h. l. et supra in vol. X, p. 218, memoratum); n. 12, *demonstrat. de veritate miraculi Deiparæ, quod factum est CPoli tertio die*. Inc. Παρθένω Κόρη, etc.; et n. 13, *Sermon. in annuntiationem S. Deiparæ*. Init. Ὁ μὲν ἐξαίσιος ἐκεῖνος Δαβὶδ. — Venet. in cod. Naniān. 505, n. 2, hæc est inscriptio dialogi: Δημητρίου τοῦ Χρυσολωρᾶ διάλογος ἀναριστικός· Λατίνων ἐνστάσις· Ρωμαίων λύσις. Init. Λατίνος. Ὁ πάπας, Πέτρον τοῦ ἀποστόλου διαδόχος, etc. V. Cat. cod. Gr. Nan. p. 514. — Paris. in bibl. publ. cod. 1284 n. 2, *Dialogus* ejusdem contra Demetrium Cydon. — Ibid. exstat in cod. 1218, n. 18, opusc. *Adversus Latinos*. — In bibl. Escorial. plura asservantur Dem. Chrysol. scri-

pta: *Sermo de transfiguratione Domini in ejus resurrectione et nativitate*; in *annuntiatione B. Mariæ et in ejus dormitionem: gratiarum actio ad ipsam; de magno Demetrio, et de unguentis, et de Christi sepultura Sermo*. V. Piüer, *Itiner. per Hispan.* p. 165; Oxon. in bibl. Bodlei. cod. Guil. Laud. 78, s. n. 720, Cat. mss. Angliæ, vol. I, *Dialogus inter Latinum et Græcum, et Refutatio Epistolæ, ad ipsum missæ per legatos papæ, de processione Spirit. sancti*. — Ibid. in cod. Jo. Selden. 48, s. n. 3577, *Catal. contra Latinos*. — In cod. Mazarin. *Adversus Latinos*, et in cod. 157 *De processione Spirit. sancti*. V. Montlauc. *Bibl. biblioth.* mss. p. 1507 A, et p. 1525 E. — Ibid. p. 496 B *Mediotami in bibl. Ambros. Orat. de transfiguratione Domini*. (HARL.)

(f) *Antirrheticum* Demetrii Chrysoloræ adversus Demetrium Cydonium citat Allatius contra Hottingerum, p. 49, 531, 475, et nonnulla excerpta exhibet. [V. cod. Naniān. supra citatum.]

(g) Exstat Moscæ in cod. synod. 13, fol. 95, et habet 49 capita. Item ibid. in cod. 346, n. 4. V. Matthæi Not. codd. Gr. Mosq. p. 29 et 254; nec non in aliis codd. in nota antec. memoratis. (HARL.)

MANUELIS CHRYSOLORÆ

VITA.

(Hankius, *De Byzantinarum rerum scriptoribus*, p. 626.)

1. Manuel, nonnullis Emanuel, Chrysoloras origine Romanus, patria Constantinopolitanus fuit. Autor cistichi, quod e Pauli Jovii Musco imago Chrysoloræ nostri subscriptum habet:

Patria Roma nova est: vetus altera patria Roma:

In Latium per me Græcia docta venit.

Hæc duplex patria quid sibi velit, explicat Epitaphium, quod Chrysoloras noster in Dominicanorum monasterio ad aram in urbe Constantia consecutus est: *Manuel Chrysoloras, miles Constantinopolitanus, ex vetusto genere Romanorum, qui cum Constantino imperatore migrarunt. Et post quædam:*

*Roma meos genuit majores: me bona tellus
Byzantina tulit. . . .*

I. Fuit, ut in hoc Epitaphio dicitur, Constantinopolitanus miles. Quo vocabulo scriptoribus Latinis recentioribus *eques*, id est, interdum miles, qui non peditem, sed equitem agit: interdum etiam nobilis, quem dignitas equestris ornat, denotari solet. Guilielmus Brito lib. III *Philippidos*, versu 246 et 247:

*. . . solus Garlandicus heros
Serrat eam [urbem] et pauci pedites cum milite raro.*

Lib. IV, versu 281 et sequentibus:

*Sed prius expensas tribus annis sufficientes
Militibus numerat quingentis de propria re,
Mille quibus decies pedites adjungere curat.*

Lib. VII, versu 7 et sequentibus:

*Intermissa brevi languescunt bella quiete,
Depositis rediens armis ad propria miles,
Et peditum turmæ sua rura revisere gaudent.*

Henricus Gundellingius in Appendice, quam *Historiæ Austriacæ* subjunxit [Petrus Lambecius lib. II, commentariorum de bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, cap. 6, publicavit], de Comitum Tyrolinensium successione: *Illa* [Muleschia, Carinthiæ dux] *cum baronibus suis habitis occultis tractatibus, et præsertim cum Engelmaro milite Athesis* [id est ditionis Athesinæ], *ejecto Bohemo de comitatu Tyrolis, Ludovicum marchionem Brandenburgensem, Ludovici Bavari prædicti in regem electi filium, de facto in matrimonium accepit.* Patris Latinitatis auctoribus militia nominatur ipsa nobilitas, id est, equestris ordo. Erchinfrius Melicensis abbas in historia [quam Petrus Lambecius edidit lib. II Commentariorum de bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, cap. 8.] de Colomanni martyrio et miraculis: *Hujus tam præclari stipendique miraculi fama ad aures Henrici marchionis pervenit rumoribus allata: qui statim missis clericorum ordinibus et quibusdam militiæ suæ primatibus præcepit, ut in suam civitatem honorifice transferrent miraculis glorificatum corpus.* Quare Chrysoloras noster, ut ex antiquissima Romanorum proœpia, qui cum imperatore Constantino Magno Constantinopolin migraverunt, fuit ortus, sic cum miles dicitur, *eques*, id est, ordinis equestris homo dici judicandus est. Accedit, quod eum nobili domo natum, quidam diserte commemorant. Leonhardus Brunus Aretinus in *Historia rerum Italicarum: Chrysoloras Byzantinus, vir domi nobilis.* Hartmannus Schedelius in Chronico: *Manuel Chrysoloras Byzantinus patria Constantinopolitanus, vir domi nobilis.* Jacobus Philippus Forestus Bergomas in Chronico Supplemento: *Emanuel Chrysoloras natione Græcus, patria Byzantinus, vir domi nobilis.*

III. Tempus, quo Chrysoloras noster vixit, etiam e doctissimis viris nonnullos fugit. Quod si Jacobum Pontanum in notis ad Georgii Phranzæ chronicon, librum I, caput 12, audimus, inter hos, qui lumen, quod Christum in monte circumfulsit, creatum, non increatum, affirmarunt, sub imperatore Andronico Palæologo juniore, qui statim post concilium ea de controversia celebratum, anno C. 1341, vita decessit, fuit celebris. Phranza loco dicto, interprete laudato Pontano: *Tum quoque monachus quidam Calaber, ait, dicitur Barlaamus, ex Italia Constantinopolin venit, qui in dogmatis Latinorum exercitatus, et ad ea defendenda disertus admodum et eloquens sibi videbatur. Asserebat idem, lumen illud in monte Thabor creatum esse, nostrosque ad disputandum super hoc axioma provocabat. Negotium imperator [Andronicus Palæologus junior] Gregorio Palamæ dedit qui tunc Thessalonicensem Ecclesiam moderabatur. Cum diu inter se velitatæ essent, persuasibilia verba et nugæ Calabri Palamas velut aranearum telas discussit. Quod Joanni Chrysoloræ eadem sententiæ, dicendique ac disputandi similiter bene perito, perinde fecit. Ad hæc Pontanus, Joanni Chrysoloræ, tum alia, quæ nostro Manuelli Chrysoloræ conveniunt, tum etiam Epitaphium, cujus mentionem § I fecimus, attribuit; sive, quod prænomina per oscitantiam neglexerit, sive quod Joannem Manuelem Chrysoloram nostrum fuisse dictum persuasus, prænomen alterum in Epitaphio, alterum a Phranza omissum existimaverit.*

IV. At vero, neque Joannem Manuelem Chrysoloram nostrum fuisse dictum reperimus, et Joannem Manuelemque Chrysoloras fuisse diversos, ipsa temporum indicat conditio. Fac enim, imperatore Andronico Palæologo juniore vitam claudente, id est, anno C. 1341, Joannem Chrysoloram 25 annorum, quanvis tum grandioris ætatis præsumere non præter causam possis: Constantiensi concilio, ad quod Manuel Chrysoloras noster spectatorem acturus accessit, ut infra commemorabimus, initium capiente, id est, ann. C. 1414, centenarium senem habebis.

V. Neque Jacobus Pontanus solum, etiam Gerardus Joannes Vossius Joannem atque Manuelem Chrysoloras confundit. Uterque Manuelem Chrysoloram Francisci Philelphi socerum fuisse docet. Pontanus loco dicto: *Ejus* [Manuelis Chrysoloræ] *gener, non discipulus modo, fuit Franciscus Philelphus, cui Theodoram filiam nuptum dedit.* Vossius lib. IV, *De historicis Græcis*, cap. 19: *Manuel Chrysoloras Fran-*

cisci *Philelphi* socer. Tam eum laudat, quam *Philelphum* vituperat *Poggius* prima in *Philelphum* *invectiva*. Certe non *Manuelem*, sed *Joannem Chrysoloram* *Francisco Philelpho* filiam stupratam in matrimonium dedisse, *Joannes Franciscus Poggius* prima in *Franciscum Philelphum* *invectiva* refert, quem ibi compellat his verbis : *Pulsus olim Patavio turpiter, ubi Gasparinum audiebas, propter adolescentis, quo deperibam, insanum amorem, Constantinopolin, tanquam in asylum, egenus atque inops confugisti. Callide id quidem et astute, ut ad ea loca adires, ad quæ citius auctor, quam fama scelerum, perveniret. Ibi in Joannis Chrysoloræ doctissimi atque insignis equitis familiaritatem, discendi cupiditatem præ te ferens, insinuasti. Qui tua verbositate motus, simul mendicitate commotus [nihil enim eo, præter linguam inanem et cutem aridam deportaras], te domi suæ recepit, ignarus futuri; hospitem enim pudicum, non *Paridem adulterum se receptorum* putabat. At tu cum regiones, non mores, immutasses, ne quis locus esset vacuus sceleribus tuis, ejus virginem filiam stuprasti, tuis pollicitationibus et blanditiis deceptam. Cum re ille miser, qui serpentem domi nutrierat, mæchum filia deprehendisset, de te interficiendo consilium cepit, cum tu aufugisses supplicii metu. Sed quid ageret vir licet prudens? Inops consilii erat; scelus detectum, virgo compressa, dos amissa virginitalis. Intercedunt *Italici mercatores, consulunt, ut eam despondeat, hoc maxime pacto obumbrari putantes turpitudinem susceptam. Itaque Chrysoloras mæore confectus, compulsus precibus, malo coactus, filiam tibi nuptui dedit a te corruptam.* Ex quibus simul patet, *Francisci Philelphi* [quem ann. C. 1398 natum esse constat] socerum *Joannem Chrysoloram*, non illum, cujus supra meminimus, anno Christi 1341 clarum, sed alium multo juniorem fuisse.*

VI. Indicium ætatis, qua noster *Chrysoloras* fuit superstes, imperator *Joannes Palæologus* nobis præbet. Ad hunc enim longam ille scripsit epistolam, qua *Constantinopolin* cum *Roma* comparat. Sed duo fuerunt imperatores *Joannes Palæologi*. Prior, *Andronici Palæologi* junioris filius, *Manuelis Palæologi* fratror, imperator sub *Cantacuzeni* tutela puer accepit ann. C. 1341: vitam ann. C. 1391 clausit. Posterior, *Manuelis Palæologi* filius, imperator ann. C. 1419 creatus, e vivis ann. 1448 excessit.

VII. Posterioris *Joannis Palæologi* temporibus *Chrysoloras* noster claruit, si nonnullos e scriptoribus recentioribus audimus. Inter hos reperiuntur *Joannes Henricus Alstedius* et *Gerardus Joannes Vossius*. Ille in *Thesaurio Chronologico*, *chronologia* 50, quæ philosophorum est, ad ann. C. 1440: *Theodorus Gaza, Georgius Trapezuntius, Emanuel Chrysoloras, et Mataracius florent.* Hic lib. IV *De historicis Græcis*, cap. 19: *Anno 1440 ac deinceps floruit Manuel Chrysoloras.*

VIII. Sed uterque longius a vero digreditur, cum *Chrysoloras* noster adeo non ann. C. 1440 claruerit, ut nullis annis ante mortuus, ne tum quidem, cum *Joannes Palæologus* junior imperare cœpit, hoc est ann. C. 1419, in vivis exsisteret: sicut ea, quæ mox afferemus, ostendent.

IX. In litteris modo laudatis, ad *Joannem Palæologum* imperatorem scriptis, *Chrysoloras* noster, qui ante biennium in *Britannia Londini* fuerat, in urbe *Roma* se commorari testatur. De quibus, inquit, *proximus ad te referendum orat, optime imperator, ea aliis litteris perscripsi, quas una cum hisce ad te periculum iri puto: quin imò cum multa quidem jam ante hinc ad te scripserim, et non pauca etiam nuper litteris: placuit tamen hæc subungere voluptatis, non utilitatis gratia: quam non exiguum me percipere sentio, dum mea scripta sacræ tuæ majestati offero. Materiam vero præsentis scriptionis ex hac urbe capiam, quam antea quidem ex aliorum relationibus admirabar; sed nunc ex ipsa inspectione multo eam magis admirandum judico, quam ex iis, quæ de illa narrantur, simpliciter aliquis conficiat.* Ibidem post multa: *Duo autem luminaria, vel soles, aut celos integros Dei gloriam enarrantes, Petrum, inquam, et Paulum, quorum reliquiæ hic sitæ sunt, et ad quorum monumenta hæc scribo, quis digne admirabitur? Post multo pauciora: Et memoria hic repeto pompam et solemnè festum, quod Londini in Britannia ipsius externi maris oceanique insula, ante biennium, me ac comitatu meo præsentis et spectante, ab ejus loci incolis hisce apostolis celebrabatur.*

X. In *Italiam* vero *Chrysoloras* noster, ab imperatore *Joanne Palæologo* de conquirendis adversus *Turcas* auxiliis ad populos *Europæ* missus, venit, ut *Paulus Jovius* in doctorum virorum elogiis cap. 23 indicat. *Is [Emanuel Chrysoloras], ait, Byzantio emissus a Joanne imperatore, ut totius Europæ reges adeundo, pereunti Græciæ maturam open imploraret.*

XI. Sedem in *Italia* sibi met legendam esse ratus, litteras *Græcas* septingentis annis neglectas, primum *Venetis*, mox *Florentiæ*, postea *Romæ*, tandem *Ticini* docebat: *Leonardum Brunum Aretinum, Franciscum Barbarum, Franciscum Philelphum, Baptistam Guarinum, Joannem Franciscum Poggium* et alios habebat discipulos. *Joannes Franciscus Poggius* in *Chrysoloræ* nostri tumulum:

*Hic est Emanuel situs,
Sermonis decus Attici,
Qui, dum quærere opem patriæ
Affectæ studet, huc iit.
Res belle cecidit tuis
Votis, Italia; hic tibi
Linguæ restituit decus*

*Atticæ ante reconditæ.
Res belle cecidit tuis
Votis, Emanuel, solo
Consecutus in Italo
Æternum decus ea, tibi
Quale Græcia non dedit,
Bello perditæ Græcia.*

Leonardus Brunus Aretinus in *Historia rerum Italicarum* sui temporis: *Litteræ quoque per hujus bellis intercapedines, mirabile quantum per Italiam increvere, accedente tunc primum cognitione litterarum Græcarum, quæ septingentis jam annis apud nostros homines desierant esse in usu. Retulit autem Græcam dis-*

ciplinam ad nos Chrysoloras Byzantius, vir domi nobilis, ac litterarum Græcarum peritissimus. Hic obsessus a Turcis patria, Venetias mari delatus primo, mox audita ejus fama, invitatus benigne ac postulatus, e salario publico affectus Florentiam venit, sui copiam juvenibus exhibiturus. Ego per id tempus juri civili operam dabam, non rudis tamen cæterorum studiorum. Nam et natura flagrabam disciplinarum amore, et dialecticis ac rhetoribus non segnem operam impenderam. Itaque in adventu Chrysoloræ anceps quidem factus sum, cum et studium juris deserere flagitiosum ducerem, et tantam occasionem litterarum Græcarum ediscendarum prætermittere scelus quodammodo arbitrarer. Ibidem paulo post: His tandem rationibus expugnatus, Chrysoloræ me tradidi, tanto discendi ardore, ut quæ per diem vigilans percepissem, ea nocte quoque dormiens agiterem. Iterum paucis interpositis: Apud hunc ego magistrum supra biennium fui, institutus sane probabili atque optima disciplina. Paulus Jovius in doctorum virorum elogiis, cap. 25: Venetiis primum, et mox Florentiæ Romæque ac demum Ticini, evocante Joanne Galeatio principe, Græcorum litterarum studium excitavit, tanta felicitate, ut ex ejus schola summæ, nec ideo interituræ laudis ingenia prodierint; ut quis fuere Leonardus Aretinus, Franciscus Barbarus, Philadelphus, Guarinus et Poggius.

XII. Tempus, quo Chrysoloras noster in Italia litteras Græcas profiteri cœperit, non distincte quidem, at tamen indicant, qui sub Bonifacio IX [is Romanum pontificatum anno Christi 1389 natus, anno Christi 1404 mortem obiit] eam rem accepisse tradunt. Inter hos Baptista Platina in Bonifacii IX vita: In tantis autem malis, quibus provincia nostra afflictabatur, unum tamen bonum in Italiam advectum est. Ad nos enim Chrysoloras Byzantius litteras Græcas attulit, quæ annis jam quingentis [alii septingentis] in Itali contigerant. Hinc Græcæ Latinæque linguæ scholæ exortæ sunt. Raphael Maæus Volaterranus Comm. notariorum lib. XXI: Hos [Italos per Joannem Ravennatem] ita jam Latinis legitime litteris imbutos Emanuel Chrysoloras schola rursus excepit, qui præceptor Græcæ linguæ Byzantius genere, sub Bonifacio IX in Italiam venerat, primumque Venetiis, deinde Florentiæ docuit.

XIII. Quamobrem, cum Joannes Palæologus senior, id est, Andronici Palæologi junioris filius, anno Christi 1389 Byzantiis impeverit, quem ann. C. 1391 mortuum chronologi meliores tradunt, nihil repugnat chronologia, quominus Chrysoloras noster a Joanne Palæologo seniore postremis ævi sui temporibus in Occidentem ad auxilia, quæ Turcis opponerentur, expetenda missus, in Italiam sub Bonifacio IX venire potuerit.

XIV. Annum sane, quo Græcas litteras in Italiam Chrysoloras retulit, Bonifacii IX primum fuisse Paulus Langius in Chronico Citicensi statuit, cum ad ann. C. 1389 scribit: Eodem anno Chrysoloras Byzantius disciplinam Græcarum litterarum in Italiam retulit, quæ per septingentos jam annos apud eandem in usu non fuerunt.

XV. Accedit, quod obsessa per Turcas Cpoli, terras Italianas intravisse Chrysoloram nostrum, præceptorem suum Leonardus Brunus Aretinus in Historia rerum Italicarum sui temporis narret, ubi de rebus ante annum Christi 1400 gestis agit: quem locum § 11 produximus. Certe Bajazetes Turcarum princeps Cpolin per integrum decennium obsidionibus vexavit, quarum initium Georgius Phraaza refert ad annum mundi Græcum 6900, in quem anni Christiani, et 1391 exitus, et 1392 principium incidit. At enim, ait lib. I Chronici, cap. 19, interprete Jacobo Pontano, videns, [Bajazetes] Manuelem [Palæologum, quem Joannes Palæologus multis ante mortem suam annis successorem designaverat, mortuusque successorem habuit] cæterosque principes, de quibus supra, conventis non stetisse, ut se sequerentur, et doctus de omnibus, quæ adversus se deliberassent; bellum grave indixit: et anno mundi 6900 urbi terra marique, obsidione admota, omnimode eam longo tempore oppugnavit. Cum eo cum exercitu pergeret, terram Byzantinam singulasque regiones gravissima vastitate afflixit, suburbanaque omnia diripuit. Et quoniam urbis oppugnatio parum procedebat, reversus est domum, singulisque annis misit exercitus obsidionemque illam toto decennio continuavit.

XVI. Quin imo plures scriptores, quanquam diversis, tamen iis annis, quibus Bonifacius IX vixit, Chrysoloræ nostri vel adventum in Italiam, vel excitatam in ea scholam Græcam describunt. Hujus initium ad annum Christi 1397 refert Joannes Nussicensis [ita vocatur a Melehiore Goldasto in commentariis de Bohemia, lib. IV, cap. 4, § 35] in magno Chronico Belgico: Anno [millesimum trecentesimum nonagesimum sextum] sequenti Chrysoloras Byzantius disciplinam Græcarum litterarum in Italiam retulit, quæ per septingentos jam annos apud nostros homines in usu non habebatur. Cui sententiæ subscribit Sethus Calvisius in opere chronologico ad ann. C. 1397. Ad annum Christi 1398 refert Jacobus Philippus Forestus Bergomas in Chronicorum Supplemento ad hunc annum: Emanuel Chrysoloras, natione Græcus, patria Byzantius, vir domi nobilis, sed omni doctrina et virtute nobilior atque præclarior, iisdem temporibus Constantinopolitana urbe a Turcis durissime vexata et obsessa, ex ea profugiens Venetias venit, et tanquam eruditissimus doctor litteras Græcas ibidem docere cœpit. Ad annum Christi 1399 refert Matthæus Palmerius Florentinus, Eusebiani Chronici continuator, ad hunc annum: Chrysoloras Byzantius disciplinam Græcarum litterarum in Italiam retulit, quæ per septingentos jam annos apud nostros homines in usu non habebatur. Huic calculos suos addunt Christianus Massæus Chronicorum libro XVIII, ad ann. C. 1399: Joannes Funccius in Chronologia ad ann. C. 1399: Abrahamus Bucholcerus in Indice chronologico, ad

ann. C. 1399 : Petrus Opmeerus in Chronographia, ad ann. C. 1399 : Aubertus Miræus in Auctario de scriptoribus ecclesiasticis, cap. 430.

XVII. Potentiæ, qua Bajazetes Turcarum tyrannus Græcos premelat, impar Constantinopolitanorum imperator Manuel Palæologus Constantinopolin Imperiumque Joanni, fratris sui Andronici filio, cui Bajazetes patrocinabatur, relinquebat, et in Italiam migrabat : ubi tum alias in urbes, tum etiam Mediolanum veniebat. Ducas Michaelis nepos in *Historia Byzantina*, cap. 14, interprete Ismaele Bullialdo : *Jam diu ille [Bajazetes] quibus artibus Constantinopolin invaderet, animo versabat. Non omisit itaque nomen obtinere Joannis, qui Manuelis ex fratre nepos erat, jubetque Manuelem urbe cedere, et Joannem in illam introduci, ad quem naturæ lege imperium pertinebat ; pollicebatur insuper cum civibus Constantinopoleos deinceps se pacifice acturum.* Ibidem paulo post : *Manuel deinde coram cætu nobilium primorumque plebis oratione habita, tristem conscendit cum uxore et liberis, urbe cessit et imperio, Joannique summam rerum tradidit.* Iterum post pauca : *Navium magnarum suam conscendit, et Venetias appulit, lustrati- que deinceps Mediolanum, Genavam, Florentiam, Ferrariam, totamque Italiam peragravit.* Georgius Phranza, lib. 1 Chronici, cap. 20 : *Tempore procedente cupido imperatorem cepit in Italiam proficiscendi, et auxilii [contra Turcas] implorandi.* Paulo post : *Abiturus, Joannem ex fratre nepotem ad urbem interea regendam, et impetum hostium propulsandum relinquit. Ipse eum despæna conjugæ in Peloponnesum sulrens, Spartæ eam apud fratrem Theodorum deponit, et in Italiam porro navigationem subit ; ac primum Venetiis exscendit : post ad ducem Mediolanensium pergit, a quo honorificentissime splendidissimeque habitus et muneribus cultus est.*

XVIII. Ad Manuelem Palæologum imperatorem Chrysoloras, qui tum apud Florentinos agebat, invitatus Mediolanum proficisceretur. Leonardus Brunus Aretinus in *Historia rerum Italicarum* sui temporis : *Apud hunc ego magistrum [Manuelem Chrysoloram] supra biennium fui, institutus sane probabili atque optima disciplina. Tandem imperatore Constantino in Italiam advecto, revocanteque ad se Chrysoloram, abiit ille Florentia, et Mediolanum ad imperatorem suum se contulit.*

XIX. Cum quibus ægre conciliaveris Paulum Jovium, qui, postquam Tamerlanes [etiam Temires dici solitus] Tartarorum rex Bajazetem Turcarum principem victum cepisset, Chrysoloram in Italia Græcas litteras docendi consilium cepisse narrat in doctorum virorum elogiis cap. 25 : *Officium quidem [legati], ait, laboriosa peregrinatione ita implevit, ut in Italia subsisteret, Græcia scilicet præsentem metu liberata, cum Tamerlanes terror Orientis Bajazetem Othomanum a terribili celeritate fulguris cognomen adeptum, at Stellam montem vivum cepisset. Itaque Chrysoloras diro Græciæ hoste sublato tætus [Græcarum litterarum studium excitavit] Venetiis primum, et mox Florentiæ, Romæque ac demum Ticini. Tamerlanes enim Bajazetem die Julii 28, anno mundi Græco 6940, Christi 1402, cepit, quemadmodum Georgius Phranza commemorat. Nam lib. 1 Chronici cum dixisset cap. 21 : *Manuele hoc imperante, dum urbs obsideretur, ego in lucem editus sum, anno post homines natos 6909, die Augusti 30* : his ibidem cap. 22 subjungit : *Vicesimo octavo Julii, Temires Massagetarum, Persarum et Aquilonarium Scytharum rex, Ameram Bajazetem cum uxore et filio Mose, aliisque aulæ optimalibus non paucis cepit, totumque exercitum illius dissipavit.* Ad eundem annum Tamerlanis hanc victoriam [quam aliis annis alii recentiores ascribunt] refert Joannes Leunclavius in *Historiæ Musulmannicæ* libro vii : cum quo consentiunt Paulus Interianus, Ubertus Folieta, Petrus Bizarus, Augustinus Justinianus in *Rebus Genuensibus*, et Jacobus Gordus in opere chronologico.*

XX. Illud extra dubitationem positum, post Bajazetem a Tamerlane captum, multis annis Chrysoloram nostrum intra Italiam professione litterarum Græcarum fuisse functum. Constantiæ, quo se contulerat, ut ibidem concilii, quod de trium simul existentium pontificum Romanorum controversiis ann. C. 1414 celebrari cœpit, spectatorem ageret, diem supremum æno imperatoris Manuelis Palæologi 24, Christi 1415 obiit. Raphael Maffæus Volaterranus commentariorum lib. xxi : *Postremo in concilio Constantiense et ipse profectus, in eodem loco exstinctus est.* Jacobus Philippus Forestus Bergomas in Chronicorum Supplemento ad ann. C. 1398 : *Indeque curiam Romanam cum secutus fuisset, et apud Constantiam, ubi generale concilium celebratur, accessit.* Ibidem paulo post : *Constantiæ tandem deficiens, a Poggio Florentino discipulo suo melliflua oratione cohonestatus est.* Quæ totidem verbis in Chronicon suum Hartmannus Schedelius transtulit. Paulus Jovius in doctorum virorum elogiis cap. 25 : *Postremo cum ad tollendam pseudopontificum controversiam indicta synodus tanti spectaculi cupidum exivisset, exauctorato Balthasare Cossa, Constantiæ interiiit.* Posterior pars Epitaphii, quod Chrysoloræ nostro in urbe Constantia positum est, cujus partem priorem § 1 in medium protuli : *Vir doctissimus, prudentissimus, optimus qui tempore generalis concilii Constantiensis diem obiit, ea existimatione, ut ab omnibus sacerdotio digni haberetur. Die 25 Aprilis conditus est anno 1415.*

MANUELIS CHRYSOLORÆ

EPISTOLÆ.

I.

A

A'.

Erditissimi viri Manuelis Chrysoloræ epistola ad Joannem imperatorem, qua veteris ac novæ Romæ comparatio continetur.

De quibus prolixius ad te referendum erat, optime imperator, ea aliis litteris perscripsi, quæ una cum hisce ad te perlatum iri puto: quin imo cum multa quidem jam ante hinc ad te scripserim, et non pauca etiam nuperrimis litteris, placuit tamen et hæc subjungere voluptatis, non utilitatis gratia: quam non exiguam me percipere sentio, dum mea scripta sacræ tuæ Majestati offero. Materiam vero præsentis scriptionis ex hac urbe capiam, quam antea quidem ex aliorum relationibus admirabar: sed nunc ex ipsa inspectione multo eam magis admirandam judico, quam ex iis quæ de illa narrantur simpliciter aliquis conjiciat. Et sane maxima de ea referuntur, non ab iis solum qui vernacula lingua hisce de rebus scripsere, sed etiam a nostris ferme omnibus, maxime a viris doctis, qui in ea versati fuere: ita ut alii quidem orationes integras, alii libros de ejus laudibus, ut nosti, reliquerint. Alii autem paucis verbis maxima de ea dixerunt: quale et hoc Sophistæ illius tibi admodum chari et familiaris, quod in epistola quadam brevi verborum ambitu maximum de ea pronuntiat, hisce verbis, si recte memini, in principio epistolæ usus: Fac nostri memoriam serves, postquam Romam pervenisti, atque istiusmodi vides, qualia ante non videras; non terram illam, sed cæli particulam esse tibi met ipsi persuadens. Non enim mirum est nos tui meminisse. Nam dum semper in iisdem, neque ulla in re nova versamur amicos respiceremus.

Atque hæc ad Græcum vel Syrum, civemque suum scripsit: nomen enim ipsum non satis recordor; cum tamen Antiochiæ pulchritudinem cum ab aliis multis, tum ab eodem auctore celebrari audimus, ea oratione qua patriæ suæ laudes commemorat, cui ab eadem nomen imposuit. Quin et alius ejusdem civitatis, nunc vero etiam cælorum civis, cujus os atque lingua ab auro cognomen accepere, plurima passim de ea prædicat: vel ad eorum aliquem qui Asiam eo tempore incolebant: in qua Ithodus tunc erat et Smyrna, et pulcherrima orbis terrarum signa. Erat quoque in eadem Ephesium Dianæ templum, et colossus Rhodius, et in Halicarnasso Mausoli sepulcrum, quorum omnium aut plerorumque reliquiæ tum adhuc conspiciabantur,

Τοῦ λογιωτάτου Μανουῆλ Ἐχρυσολωρᾶ ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Ἰωάννην βασιλέα, ἐν ἣ σὺγκρισις τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Ῥώμης.

Ἄριστε βασιλεῦ, ἃ μὲν ἔδει διὰ πολλῶν πρὸς τὸ σὸν κράτος ἀνενεγκεῖν, ἐν ἄλλοις γέγραφα, ἃ καὶ αὐτὰ εἰκὸς ἀρῖξασθαι μετὰ τῶν παρόντων, μᾶλλον δὲ πολλὰ μὲν πρότερον ἐντεῦθεν γέγραφα· οὐκ ὀλίγα δὲ εὐθύς πρὸς τούτων. Ἔδοξε δὲ ὁμῶς καὶ ταῦτα προσθεῖναι ἡθροῦς, οὐ χρείας ἔσκεν· ἦν οὐ μικρὰν οἶδα καρπούμενος ἐκ τοῦ τοὺς ἐμοὺς λόγους πρὸς τὴν σὴν θειότητα ἀναφέρειν. Ὑλὴν δὲ τῶν παρόντων λόγων ἀπὸ τῆς πόλεως ταύτης λήψομαι, ἦν πρότερον μὲν ἀπὸ τῶν ἰστορουμένων περὶ αὐτῆς θαυμάζον· νῦν δὲ ἀπ' αὐτῆς τῆς ὕψους γενέσθαι θαυμασιωτέραν, ἣ ὡς ἂν τις ἀπλῶς εἰκάσειεν ἀπὸ τῶν λεγομένων περὶ αὐτῆς κριῶν. Καίτοι εἰρηται μὲν ἀληθῶς μέγιστα περὶ αὐτῆς, οὐ μόνον παρὰ τῶν τῆ πατρίω φωνῆ περὶ τούτων συγγεγραφότων, ἀλλ' ἡδὴ καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων σχεδὸν πάντων, καὶ τῶν ἔλλογιμων, ὅσοι κατ' αὐτὴν γεγονάσιν· ὥστε τοὺς μὲν λόγους ὁλοὺς, τοὺς δὲ βιβλία, ὡς οἶσθα, ἐγκώμια αὐτῆς καταλιπεῖν. Ἄλλοι δὲ ἐν βροχέει μέγιστα περὶ αὐτῆς εἰρήκασιν· οἷον καὶ τὸ τοῦ σοφιστοῦ ἐκεῖνου τοῦ πάνυ φίλου καὶ οἰκείου, ὅπερ ἐν ὀλίγῳ μέγιστον ἐκεῖνος ἐν ἐπιστολῇ πρὸς τινὰ φησι περὶ αὐτῆς, οὕτω πως εὐθύς ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιστολῆς, εἰ καλῶς μέμνημαι τῶν ῥημάτων αὐτῶν, λέγων· Ἄρα μέμνησαι ἡμῶν εἰς Ῥώμην ἀπηρχῶς, καὶ θεώμενος, οἷα οὐ πρότερον πέθων τε σαυτὴν ὡς οὐκ ἔστι γῆ αὕτη, ἀλλ' οὐρανοῦ μέρος τι. Ἡμᾶς μὲν γάρ σου μεμνησθαι θαυμαστὸν οὐδέν. Ἐν γὰρ τοῖς αὐτοῖς ἡμεῖς καὶ οὐδενὶ καινῷ καταφρονοῦμεν ἀν τῶν φίλων.

nimirum summe unitorum disjunctionem, animæ dico et corporis; hoc autem cum natura necessarium sit, dolorem avertit non diuturnum: non enim adeo præteritum, quam absens et futurum terret; fere enim effugit instans et quodammodo sensum latet momento eveniens, et antequam fiat præsens avolat: licet affirmare, volentibus tempore non mensurari, adeo velox est. Quin etiam humana omnia justa quodammodo sunt, nec reperire est voluptatem ulla in re sine tristitia, et contra, ut sapiens quidam ex antiquis dixit: Non est in quoquam reperire vitam sine tristitia. Dixisset vero et oppositum, si opus fuisset: Non est in quoquam reperire vitam voluptatis expertem. Quid si prævaleat quod vincit, omnino necesse est inferius, et debilius statim plane cedat fortiori atque majori. Cum hæc ita sint, quidni dicendum dolorem tunc ab illa vehementi lætitia, qua Dei Mater perfundebatur vita excedens, fuisse absorptum? Nam si quæ a Filio reposita sibi erant in cælo post vitam hanc fruenda, habens perpetuo summam voluptatem percipiebat: cur præferendum non esset omnibus quod fecit, ut reipsa frui liceret illis per omne ævum? Hoc unum illi erat cordi, e rebus humanis hinc discedere, quod cum ab initio Innatum desiderium esset per totam vitam vere, ac germanæ sublimisque philosophiæ sensu indesinenter irrigatum vigeat, utpote quod fruenda spiritalia se ipsis tradebat, non obumbrante amplius intuentem animum corporea mole. Adeo cor ejus hoc desiderio tabescebat, ut aboleri non posset; ortum porro illud eo tempore quo Natus ejus ad Patrem ascenderat, cœlestem illam animam nunquam deseruit. Hoc etiam fuit pons ad immortalitatem vitam et incorruptionem illi, quæ fuit pons liberatis a corruptione. Hæc fuit scala ad Filium scalæ ascendentium cum salute ad eum, qui cœlum habet sedem, et quem Virgo peperit, et qui cum animo semper versabatur, quod et ipse nunquam non agebat, nam post ejus etiam ascensum ad Patris sinum, unde venerat ad nos, Matris spiritus ab eo nunquam distabat, si enim ubi thesaurus, ibi et cor, ut illius est sententia, qui Virginis est thesaurus, et pretiosior cunctis thesauris, qua ratione non esset illi conjunctus Parentis spiritus, que illum supra capacitatem mentis peperit, sicut et spiritus ejus cum illa, ut nec tempore disjungeretur, nec ulla vi casus abstraheretur? Et si nli ipse, illic erit et minister, quomodo non necessario Mater? Cæterum relicta fuit in terra, et cum suis non est abrepta visceribus, cum ascenderet per nubem, ne subducentibus sese repente anibobus discipulorum oculis, illi manerent semimortui. Nuper enim compactis, et imperfectis, quod pecciciens Spiritus nondum in eos advenisset, si utroque orbati fuissent, ob rei novitatem vita illis acerbissima visa esset, et fortasse sine solatio manentes etiam omnino desperassent; at illa discessum Filii ægerime passa, ut putatis, ita illum tamen tulit

A sicut et illusiones, et crubem, et mortem ejus.

Confidenter enim affirmarem æque ac quidvis aliud non minus animam ejus quam Filii pertulisse dolores, quando divinum illud corpus a nefariis illis et sanguinariis sigebatur vulneribus; et jure quidem, cum ob cæteras omnes causas, tum ob illam, nam sicut eo mundi principem a principatu exturbante gaudebat, ita et patiente patiebatur jure ut Mater omnium nati amantissima, sicut et virginum florentissima. Pertulit igitur charissimi corporalem disjunctionem ad tempus, non sine lacrymis: gaudebat tamen una cum illo revertente in cœlum, et cum illo vivebat spiritu conjunctissima, utpote Mater, sicut et ille cum ipsa; quin etiam simul ac nata fuit, dixerim quoque simulque concepta B.

B Virgo, sua illam gratia implebat, qui sibi futuram præstituerat Matrem, imo vero cum illa erat ipse, antequam esset nata; factum quippe et compactum est illi corpus temporibus suis, ut loquitur Paulus, de sanguinibus Immaculatæ, nunquam tamen non fuit illi conjunctus, statim atque in sterilis matris utero cœpit esse. Cur enim aliter sit sentiendum? nam si eximium Joannem scimus in utero plenum sancto Spiritu fuisse, cur idem de purissima Virgine non sit merito affirmandum? Hoc sibi vult illud Gabrielis, *Dominus tecum*: quod ipse docet distinguendo tempus in hunc modum: nam volens Conceptionis modum intemeratæ Virgini declarare interroganti, tempore usus est non præsentis, sed futuro, et sanctum quidem Spiritum superventurum

C in ipsam, Altissimi vero virtutem obumbraturam, ipsi prædicebat: salutando autem Virginem siebat, *Avè*, et gratia plenam appellans, et benedictam in mulieribus, prædicans, tanquam super alias bonam ex his, quæ ipsi inerant laudem pangens; non enim gratia plenam quasi futuram, sed ut existentem quod erat, appellavit, et benedictam salutavit, quasi diceret: Cum gratia sis plena, o Virgo, *Dominus tecum*; quia vero illum habes in anima, *benedicta es in mulieribus*. Et hæc quidem ita se habent: quæ vero sequuntur ad futura spectant, et subacuta sunt consensum prius præbente illibata Virgine gratissimum Deo munus et quo nullum potius offerri poterat; quid enim illi æquetur, quo Deus indignuit, ut eo uteretur, quasi fundamento, et hæsi mysterii, per quod renovata omnia multoque melius instaurata, quam olim essent? quæ perspicuum est ita esse, quoniam simul ac ipsa sese sponte obtulit, et prompto animo fieri optavit, quod Deo placitum erat, *Ecce*, inquit, *ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*, beneplacito Patris cooperante Spiritu, consubstantialis illis, cœternus, et contemporaneus, Deus Verbum conceptum in utero Virginis non expertæ nuptias, induit hanc nostram substantiam sine sorde prodiens, quæ cum assumpta natura, duas non confundens naturas creantem, et creatam, unum quod exstitit, secundum hypostasim deificans quod assumpsit, perque illud salvans universam massam

velut in fermento. O magnitudinem puritatis in Dei Matre, ob quam Creator ejus dedignatus non est, in ventre, quem condiderat, formari! O generosum sensum in puella adeo tenera! O animum in muliebri corpore immutabilem! Quid enim sincerius, purius, generosius anima salutationem hanc arbitrata non fraudulentam, sed credente fieri posse materiali ventre suscipi totum fulgur divinitatis, eodemque tempore Verbum sine temporis principio in sinu Patris principio carentis existere atque in hujus temporali utero gestari? Horum, ut mea fert opinio, causa est assignanda Dei Genitricis conscientia, quæ tantum animum addebat; fieri enim non poterat, ea puritatem non servante, et accedentem non præbente animositatem, magnum hoc opus, et generosum ab ea præstari: B quare et verba ipsa, quibus usa est perspicue ostendunt, ipsam se non indignam tanto judicasse beneficio, ut Mater, inquam, ejus fieret qui stupendum hoc opus patrabat. Non, non sit Manuæ, non Danieli, quanquam de visione eorum quid sentiendum nescio, si accurate consideretur, aut quot tandem modo ad illos accesserit qui apparuit. Certe non obscurum est, ipsi atque illis non æque apparuisse habitum et splendorem angelicum, sicuti et colloquium cum B. Virgine non ejusdem erat honoris, cujus et sermones habiti cum illis; siquidem, is dixit, Perimus, Deum vidimus, alterum vero fere defecit animus, penetrante nimirum timore repente in sensus intimos, et nisi ab utroque recessisset citius visum illud insolitum, fortasse vitam C uterque citissime terminasset. Nam et omnes in universoni quotquot visionibus dignati sunt, eadem passi sunt, quæ et isti; at Virgo turbata primo in sermone, inquit: non enim ut illi ob aspectum angeli, idque ut ne videretur, quanta res esset salutatio, ignorare; mox sese obtulit Opifici fide sincerissima plenam, ut materialis venter exciperet ignem immaterialem. Quantum vero hoc est, quod non Deus agat quæ supra naturam et rationem sunt, magna res est, nam et rerum naturam et rationem ipse condidit. At Virginem se confidenter obtulisse talem ministram et verbis Gabrielis habuisse fidem, res est plane omnium maxima. Ostendit igitur se ipsam Deo gratissimam Virgo, dum quod utrique naturarum posse contingere difficile creditu est, ipsa de se credit ac de Deo, creaturis excelsiorem, cum tamen creatura esset et ipsa. Itaque cum multa et magna sint, quæ Dei Matrem illam fecerunt, nullum est huic oblationi præferendum: quod inde liquet; nam neque archangelus ascendit, nec Deus descendit ut præfixum ante sæcula mysterium ad finem pro salute omnium perduceret, nisi postquam admiranda illa verba ex ejus ore prolata sunt, et jure quidem optimo: oportebat enim purissimam Virginem, cujus et anima et corpus omni labe carebant, quæ una ab omni æternitate inter homines sublimior existit, veteri maledicto, et humano generi cævo, ut quæ

A nata erat vas plenum benedictionis, de qua prima parens exciderat et quam ipsi Gabriel a summo Deo nuntiaverat esse omnino qualem diximus. Quidni enim eam, quæ sui partus novitate salutis sui generis ministra fuit, cum plane præfinitum esset ante productum hunc mundum, antequam essent angelici ordines, hoc tempore impleri? Conveniebat etiam, arbitrator, Patrem quoque Filii perpetuæ Virginis incarnationem sui ac Matris Unigeniti suo comprobante beneplacito, ipsum præterea qui incarnationem obivit Verbum genitoris puris editum de visceribus, ne non sanctissimum et perfectionis largitorem Spiritum, beatam videlicet Trinitatem, conscia etiam Virgine assensumque præbente mysterium perficere benignitatis, et justitiæ plenum, ut et libertas arbitrii locum haberet, et nulla prorsus intercederet violentia, ex quo nec serpens antiquus assuetus calumniis posset hoc insimulare, ac veluti notam quamdam impingere benignitati, et justitiæ Dei, quod operata esset mysterium citra consensum immaculatæ Virginis; clamaret enim, convenire Deo nemini benefacere nolenti, nec dona per vim conferre; esse enim prorsus hæc illi inimica et odiosa. Verum dixerit forte quispiam vir scitus alterius hæc esse festivitatis. Respondemus: Alterius quidem, o amice, non tamen alienæ, sed maximæ huic affinis, nam connexæ sunt inter se invicem, et altera pendet ab altera ejusdem instar catenæ revera aureæ: quippe quæ pariter celebrantur ac gloriam gloriosæ. Non ergo ut indomiti equi faciant, divagata est oratio, quo non debebat, sed illic tendit, quo dirigitur: nam etsi visa est digredi, tamen in illis erat, per quæ inferebatur, quod volebamus, et hoc ita esse ostendam. Quid igitur ex his concluditur? Illum, quem beata Virgo sine viro peperit, conjunctum illi semper fuisse intime. Et quid inde? Quod ipsissimum gaudium, Filium, inquam, semper inhabitantem in se habens suum cum gaudio spiritum manibus ejus commendavit. Et si hæc ita se habent, id quod omnes puto affirmaturos, digni sumus venia, quod simile quid nobis contigerit, atque illi, qui forte in pratium cujusvis generis floribus ornatum profectus, dum vellet unum legere, ab alio illectus illum decerpit, victus nimirum ab ejus pulchritudine et fragrantia. Scio da uros veniam æquos auditores, si parum digressi sumus a materia præsentis celebritatis, et iis dicendis, quæ ad unam ipsam pertinent. Itaque revertamur ad nostra, et cum jam probaverimus consentaneum et conveniens fuisse, mortem Virgini nullum attulisse dolorem, hoc idem etiam, si placet, necessarium ostendamus.

Cum enim verum gaudium Dei Matri esset conjunctum, quo malo posset illam afficere dolor vocatam a Filio ad vitam immortalem illo migrationis modo? nam et ipsa revera ipsissimum erat gaudium; non modo quia e cunctis mulieribus sola effugit damnationem ob peccatum et partum in dolori-



bus, sed quia Mater etiam exstitit ipsissimi gaudii. A Dolor ergo omnis abfuit. Quod si omnino placet, esto dolor accesserit, sed statim etiam recessit, vix, ut ita dicam, suæ præsentiae sensum præbens. Quoniam ergo dolore vacua erat Virgo, perspicuum est, sincerissimam adfuisse lætitiā. Certus autem sum, omnes mihi assentiri rationibus, quibus verum demonstravimus, persuasos, nihil purissimæ Virgini optabilius fuisse, quam ex hac vita decedere; adeo grata erat illi mors, qua nos tristamur et jure quidem optimo. Nam quia nulla erat alia via qua posset abire ad Filium, nisi hinc demigrando, cum Filii consuetudinem exoptaret, quantum verbis exprimere nemo queat, necessario illud quoque exoptabat, per quod assequi poterat, quod ut summus finis optatissimum erat; hoc autem nemo miratur; non enim quasi finem optabat se jungi animam a corpore. Quorum hoc enim fuisset aberrare a veritate: illa vero ab omni peccato semper fuit immunis: sed cupiebat, ardebat, exoptabat mortem, quasi vehiculum quoddam, aut navigium, quo transvehi posset ad immortale regnum, et vitam, Filium ac Deum, ad quem omnia desideria tendunt, ultra quem non licet progredi aut quidquam velle: non enim potest esse satiētas Dei, et honorum illorum, ut in hac vita contingit necessario, in qua res fluxas amamus, et non fluxis præferimus: sit enim, ut cum rebus fluentibus desiderium quoque animi vacillet, cum præsertim illud cito capiatur satiētatē. Nulla igitur res poterat solari ejus animam summo desiderio æstantem, nisi ex hac vita decēssio. Quid si B. Paulus cupiebat dissolvi, et esse cum Christo? cui etiam David ac Simeon preces fundendo congruentiā locuti videntur: ille dum ait: *Educ de custodia animam meam; et, Quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* (Psal. c. lvi, 8); hic autem cum dixit: *Nunc dimittis servum tuum* (Luc. ii, 29); quibus utique vocibus usi fuissent, arbitror, si opus fuisset, illi etiam qui suum pro Christo effuderunt sanguinem, et dolores intolerandos sustinuerunt: et illi pariter, qui in spiritualia certamina descenderunt, confessorum cœtus, et omnino quibus uti scopus propositum est, quod est optimum, et solum illud spectant. Si igitur hæc ita se habent, auditores, qua ratione Dei Mater dicenda non sit longe maximo affectu in hoc laudabili desiderio plusquam alii fuisse? Certe in illis etiam vehementissimus fuit iste affectus; nec aliud optabant quam, si quid præcipuum erat, conferebatque suapte natura ad hoc, ut essent cum Christo. Verum illis Virgo tanto excellentius optavit, quantum discriminis est inter ipsam et illos: tum ratione sanctitatis et virtutum officiis, quantamcumque quis animo præfixerit hujus rei mensuram, tum ratione conjunctionis cum Deo, cum is satus ipsius exstiterit; qua quidem in re nullam est invenire mensuram. Cum igitur tanto desiderio flagraret migrationis e terra in cœlum, ubi tempus advenit, quod optabat perpetuo, quidni gauderet et lætare-

tur? Quod si vel optimo temperamento naturæ præditis dum morte solvantur, aliquod molestiæ vestigium brevissimo tempore subest, non est mirandum: homo enim Virgo erat, et oportebat illam naturæ congruentem esse, non adversariam illi videri, quod fuisset et secum pugnare. Naturæ igitur debitum divina Virgo penitus non aversata, cum si aliter factum esset, res absurditate non careret, secuta plane est rerum naturam et aliquantulum, uti jam diximus, molestiam cepit. Nec tamen ex hoc videor meis ipsis sermonibus adversari, quasi contraria affirmantibus, non enim possunt velle impossibilia. Sed exordium sermonis mei, et quædam addita postmodum exordio corona, luculenta mihi defensio sunt. Etenim probari non poterat, immaculatam Virginem omni dolore caruisse, sed pro naturæ legibus momento temporis communis hujus mortis percipisse dolorem, verum tanta affluentem lætitiā ut prorsus ab ea mœror omnis effugerit, cessit enim se fortiori. Ita et ejus Filius, assumpta nostræ carnis massa, noluit iis carere, quæ carnis sunt propria, sine quibus homo in suis naturalibus esse perfecte non potest: tristatus est, dolore affectus, non solum in cruce et Passione, sed etiam quando Lazarus mortuus est, lege nostræ naturæ lacrymas emisit ex oculis: ex itinere defatigatus est, ciboque indiguit, et somno ac potu, ac summatim iis, quibus fluxa nostra continetur vita, quæque in se corpus non recipit, nisi prius ex eorum indigentia condolescat. Adeo fuit nostri amans Salvator; non enim carnis et sanguinis particeps factus contentus fuit, et collatis in omnes beneficiis, non ulterius progredi, sed quasi fieri non posset, salvari hominem, ipso non patiente, Passionem et mortem optavit, tam exuberanti affectu ut non possit exprimi; et testatur illud: *Baptismo habeo baptizari, et quomodo coarctor usque dum perficiatur* (Luc. xii, 50). Quare et contristatus est, doloresque expertus in cruce. Cæterum doloris tempus brevissimum, ut merito ne dici quidem fortasse tempus possit; sed gaudii tempus dolori succedentis et ineffabile est et interminabile. Quod si hæc de Salvatore dicta vera sunt, annon erit minus piæ mentis de Matre ejus diversa sentire? Decebat sane Dei Filii Matrem Filio et manibus ejus cum lætitiā commendare spiritum, sicut ipse in manus Patris. Quin illud etiam decebat Matri plusquam cæteris omnibus in quavis humana re convenire cum Filio. Etsi natus ejus pro gaudio sibi proposito, ut Paulus ait, ego vero dixerim pro gaudio tunc præsentē, sustinuit cruce, confusione contempta (Hebr. xii, 2), et omni dolore amato, ut paulo ante ostensum est; par certe erit et æquum, imo etiam plusquam par erit Matrem quoque ejus morientem pro spe proposita, quæ plane dubia non erat, nullam fere dolorem sensisse. Hæc porro esse rationi consona, nec abhorrere a sensu pietatem colere volentium, ostensum esse arbitror ex dictis. Verum ut immorantes pergratum faciamus iis qui

libenter audiunt, hæc insuper addimus. Atque utri-
nam quæ dicenda sunt non ut inania excipiantur,
sed primo quidem ad utilitatem vestram, qua mihi
nihil antiquius, cum iis vehementer ego delecter,
per quæ vos possitis esse felices. Deinde sicut
etiam opto non injucunda ut spero; quandoquidem
et illam cui offeruntur hæc loco muneris, licet ab
ejus dignitate plurimum distent, et rerum nostrarum
nihil prorsus indigeat, at libenter tamen accepturam
scio quod a benevolo famulo offeratur. Puto
autem confitendum esse nos a seopo non aberraturos,
favente Dei Genitricæ, per quam imbecillissimæ
difficillima facillima sunt. Dico igitur tria esse propter
quæ omnes mortem pertimescunt. Primum
quidem, quod non est valde manifestum conscientie
quid futurum sit in altera vita quando universum
genus nostrum surget a Deo judicandum, nisi
cui divinitus fuerit revelatum. Secundum quod
discessio fiat ab omni genere voluptatis, et cognatione,
et amicis, et antiqua consuetudine, et hujusmodi.
Tertium commune hoc, quod anima separatur a corpore,
ex quo fit, ut compactum ex elementis corpus
corrumpatur, quod naturaliter omnia fugiunt.
Cum ergo tria hæc sint quæ supponimus, quibus
concludendum est quod volo, exordium a medio
statui. Sane iis qui tenentur vitæ desiderio propter
præsentia tantum, qui hæc etiam quasi finem
ultimum sectantur, intoleranda est merito mors,
ut quæ illos a consortio rerum sibi pretiosarum
sejungat, quibus veluti pueris, et generoso animo
volentibus uti, sed ficta hæc et umbratica præferentibus
veritati et stabilitati mors jure terribulum est,
et detestanda magis quam cæteris. Ut enim affecti
sumus ad præsentia, ita et separantem ab illis
mortem toleramus. Nam si viriliter proclivitate
ad infima resistamus, levior nobis videtur mors
spe bona plenis. Quod si ad potiora segnes
fuerimus, illam non mediocriter exhorrescimus.
Porro iis qui turpius indignisque aguntur ab
affectibus, quam mancipia, naturaliter ratione
subjectis mors est, et videtur longe gravior ac
molestior; ita ut, quanquam res dictu miræ
est, cum multo majori adnixu voluptatem spectamus,
quodque videtur celeberrimum, rationem non
sequentes ducem, facimus tunc, ut ita dicam,
magis mortales quam sumus. Cum vero honestum ac
bonum spectamus fiat quodammodo in nobis
mortalitas. Tantum pollet in nobis arbitrii vis.
Satis dictum arbitror de morte, licet propositum
nobis non esset de ea philosophari, quomodo, et
quamobrem, et quibus magis, et quibus minus,
quibus etiam intoleranda sit, ac terribulum
valde molestum. Cæterum reddendæ rationis
anteactæ vitæ timor, quod primo loco diximus,
et judicii dies, et horrendum tribunal, et
satellites regi et judici astantes qui statim
quod ille cogitaverit executione mandent, et
insopitus ille vermis, et tenebrosus ignis, et
ad hæc incertitudo sententiæ. *Quis enim cognovit sensum Domini? (I Cor. ii, 16), et Cogitationes, inquit,*

mortalium timida. Hæc et similia universos plane
terrent, et pavorom in-utiunt animis non eorum
tantum qui rerum præsentium illecebris delinuntur,
qui nec vivere vellent, ni sibi liceat indulgere
genio, sed virtuti quoque deditorum, qui concupiscentiam
et iram rationis frono regere voluit. Subit enim
omnibus et horrorem injicit, non tamen pari modulo.
Siquidem ad cujusque vitam hæc variantur. Itaque
et eos qui sancte vixerunt, et qui secus, incertitudinis
formido adortur, ad justitiam respicientes humanam,
*quia non justificabitur, inquit, in conspectu tuo
omnis vivens (Psal. cxlii, 2).* Si enim B. Paulus,
cælum ille contingens animus, vas electionis,
nihil sibi quidem conscius est, sed non in hoc
justificatus est, ut ille ipse ait, *quis, quæso,
alius, si sapiat, de anima sua confidat, quando
Salvator sedebit ad judicandum æquissimus et
nullius deceptionis capax, rationem exigens ab
unoquoque, non eorum tantum quæ egit et dixit,
et cogitavit, sed etiam quæ agere, et dicere, et
cogitare debebat? (1) qualiter tunc mei similes
tremore pavescunt, quibus nulla cura fuit hæc
observare, nec libuit (utinam haud ita esset) ad
Creatoris voluntatem se accommodare? Qui iudex,
cum sederit, non habebit opus accusatoribus, non
libellis, non testibus, sed gesta a nobis melius
ipse novit, quam ipsi nos. Hac igitur causarum
serie quæ horribilior nobis et seipsa videtur mors,
omnino superior erat gloriosissima Creatoris Mater.
Nam neque incerta judicii sententia, per quam
sane pendentur tenebrarum præsentis vanitatis
occulta, poterat ejus cogitationes turbare, neque
ex hac vita migratio. Et jure quidem optimo:
summam quippe illi constantiam ac fiduciam præbebat
consuetus ab ineunte ætate ascensus ad Deum et
proveniens inde gratia, sive deificatio. Quare non
erat formidanda ferenda tunc sententia qua
damnantur qui contumeliosi sunt in legem Filii
ejus, nec ægre ferenda decessio ob caducarum
rerum deperditionem. Beata enim Virgo adhuc
etiam vivens pro nihilo ducebat et inane habebat
quod tenendo non tenetur, et elabitur, dum manu
prehensum est; tales vero sunt res hujus sæculi,
ut abstineret atque ab eis omnino refugeret,
nisi quantum necessitas cogeret, ne interiret corpus,
si negarentur illi per quæ sustentatur: quod et
nova et antiqua pariter lege vetitum est, et apud
plurimas etiam barbarorum nationes. Itaque omnibus
quæ sensum illicient et decipiunt aspectu suo,
ac inani hac gloria tenebras animæ effundunt,
superior erat. Quidquid enim non erat animæ
fructus, alimonia virtutis, aut non faciebat
ad profectum spiritualem, nullius plane momenti
sacratissima Virgini, et alienum habebatur ac
ludicrum et puerile solatium, umbra, somnium,
fumus, et si quæd his levius dicat quispiam. Et
propterea Virgo hæc gloriosissima, dum esset
in vita, tantum abhorrebat ab iis per quæ nos
vincimur, quantum mortui vita olim defuncti.
Quomodo ergo moleste*

terret decessum ab iis quorum nullo tenebatur affectu? aut cur angeretur ab eis quibus, cum posset, non oblectabatur, sed valere dicebat, voluptates, et falsi nominis gloriam, et quod hominem hominibus videtur reddere sublimiorem, cum ex luto eodem et massa compactus sit? Diceret illi theologorum supremus post theologum tonitruum filium Gregorius Nazianzenus, et blandimenta consuetudinis etiam ex re nostra, et haberi a nobis in pretio, qui amamus et admiramur, quidquid deorsum fertur, et serpit instar colubri: at quibus studium est spiritualia querere et sublimia, caput quæ erigunt sursum, illud ad inferiora flectere exosum est. Dolet igitur repentibus humi rerum caducarum amissio. Qui etenim futura non negligebant, quomodo præsentia spernerent? At cui terrenorum cura postponebatur, certe abjungi etiam ab illis nulla erat sollicitudo.

Quare tristitiæ nobis et terricula suapte natura accidunt, et quodammodo utrinque appetimur, tum præsentium amissione, ut diximus, tum pavore futurorum, ut jam ostendimus: quorum neutro beata Virgo petita est. Oportebat enim migrationem quoque ejus esse naturæ superiorem, et nostræ non assimilē: cum in ea quidquid fuit natura sublimius fuerit. Ita plane. Cæterum dolorem illum, qui profunde animam attingit in morte (quod tertium et postremum est) communem habere non dedignata est beata Virgo cum universo mortalium genere; licet non æque ac cæteri fuerit illum experta. At quid ego abutor æqualitatis nomine, ubi nulla mensura, nulla prorsus fieri potest comparatio? tanto enim intervallo distant a nobis quæ spectant ad Virginem, quanto amplius est bulla cælum. Non ergo illam mors, etsi omnes homines cum dolore tollit, alio modo sustulit, quam quo diximus, nimirum sicut Filium; et ad hoc tantum, ut homo esse dignosceretur. Sed de his satis, quod attinet ad separationem animæ et corporis beatissimæ Virginis; nam cœlesti ejus animæ superna ac divina pervaganti omni tempore mors jucunda potius (ut principio sermonis dixi), quam molesta procul dubio censetur, ut quam illuc transmittibat, quo abire cupiebat, ad suum Filium, ad ejus Patrem, ad Paracletum Spiritum, sacrosanctam ipsam Trinitatem apud quam est vera lux inaccessibleis, indeficiens voluptas sine satietate, corona immarcescibilis, vita æterna, beatitas, ubi plene liceret illi participem esse regni et honoris Filii excellentiori modo, utpote Matri, quam potiri possint, qui virtutis nomine primas omnium ferunt. Quid illos dico, quandoquidem et mentes incorporeas sua gloria longe superavit? Eo porro magnitudinis evecta est, ut supra diximus, imo vero ut nullus explicare valet sermo, non solum quia peperit salutem et redemptionem et sanctificationem animarum et corporum nostrorum, sed quia etiam puritate supra modum et inenarrabili erga Deum affectu animam et corpus talia reddidit,

PATROI. GR. CLVI.

A ut suum uterum exhibuerit locum universa implentis, et nullo circumscripti loco. Arbitror enim immensam animæ ejus pulchritudinem e virtute proveniente non fuisse posteriorem causam, cur ex ea Deus carnem assumeret. Quinimo ipse, qui incarnatus est, voluntatem ejus ducendi vitam Deo placentem, mandatisque ejus inhærentem anteposuit muneri gestandi illum in ventre et lactandi uberibus. Nam cum illa propter hæc beata exclamaretur, ipse, Quinimo, inquit, beata est, quia verbum Dei audit, et illud custodit: ex quo planum omnibus fecit, utrum ex duobus præferendum sit, et beatius jure habendum, partus videlicet, an virtus. Nemo enim adeo desipuerit, ut cum purissima Virgo beata ob partum affirmaretur, alium existimet beatiorē a Salvatore dictum propter mores. Verum probata mulieris voce, agnitione, benevolentia et probitate per verba illa, Quinimo, dictum ejus sapientissimæ comprobavit; deinde sequenti sermone quasi Matrem cum Matre conferens, verbis illis usus est quæ dignum erat ab uno ejus ore proferri. Dum enim docebat illam mulierem, omnes in sublimiorem evehebat sensum. Arbitror autem, si opus esset clarioribus verbis explanare sententiam, ita illum dixisse, qui homo fieri voluit: O mulier, quæ beatam prædicas, vere beatam oportebat Matrem esse mihi illam, cujus anima incredibili pulchritudine esset ornata, et qualem nulla unquam habuere tempora. Itaque prævio in ipsa summo candore ob eximiam animi integritatem, sublimitatemque ac modestiam, subsecutum est, ut mea fieret Mater, factumque est, ut ad lucem, quæ ejus animam inhabitabat, me lucem insuper acquireret omnium luminum creatricem. Amant enim omnia, quæ affinitate conjuncta sunt, accedere ad affinia. Ita sane. Cum vero exegisset necessitas, ut impassibilis et immortalis passibilem et mortalem assumeret carnem, ut (si explicandum mihi est non magis sermonibus Trinitatis hac de re consilium antiquum, verum et maximum) suscepta Passione, et morte, et quadam corporis gustata corruptione, omnes homines si vellent, a passionibus et morte et corruptione liberaret: non enim erat afferenda vis, sed volentibus conferenda salus: dedit potestatem (inquit) præcipuo dilectus illi amore iis qui credunt in eum, filios Dei fieri. Quare Trinitati quidem tum ob consilium istud pro nobis illi cœternum: neque enim habet principium temporis Dei consilium, sed ab omni æternitate commune est tribus consubstantialibus personis, quæ proprietatibus distinguuntur: tum quia illud suo tempore implevit, agendæ sunt gratiæ; beatissimæ autem Virgini, tum ob virtutis officia, tum ob inde proveniente vitam commendationem, propter quam Dei Mater est facta. Sed jam tempus arbitror contrahendi desiderium, ne simul cum immorandi aviditate protrahatur non deficiens oratio. Eveniret enim nobis dum satisfacere illi conamur, quod et pueris

6

qui suam in muro umbram vituntur apprehendere.

Quapropter suspensis prioribus animi sensibus, ad portum silentii sermonem nostrum deducere jam annitemur, nec audiemus amplius animi motus suadentes, ut encomiorum Virginis satietas nos capiat. Deponendum igitur illud desiderium, quod nullum afferre solatium potest, et studium assidue auget. Gaudeamus assatim, o cœtus, Deo, addo, etiam mihi charissime, et gratulemur Dei Matri ad Filium cum lætitia comitantem. Tragici et lugubris nihil admittatur, nec ullius vultus præseferat tristitiæ vestigium, sed omnia puram exprimant lætitiā, hilaritatem, jucunditatem, et ingens gaudium. Oportet enim benevolos famulos cum Domina gaudente gaudere, ut etiam simul tristari, si tristaretur. Quidni enim jure optimo exsiliendum sit, et exsultandum, hilarique vultu, et tripudiis canendum abeunti Virgini, una cum angelis et martyribus, et confessorum choris? Quandoquidem quod cæteris omnibus intolerabile fecit natura, hoc vehementissimi materies gaudii et oblectamenti supra modum (ut exordiendo dicebamus) gloriosissimæ Virginis existit; extincta (ut ita dicam) flamma diuturni desiderii, migrationis (inquam) ex hac vita. Cupiebat enim dissolvi et esse cum Christo, magis quam Paulus, qui hoc

A dixit, si conferre licet. Si quidem illi mors præstitit, ut oculis animæ desideratum sibi videret immortalibus immortalē longe quidem felicius, quam dum ulnis gestaret illum, et lacte nutrirēt. Non tantum igitur gratulemur gaudenti Virgini inenarrabile gaudium, sed illud quoque addamus. In cœlum ipsa eunte simul et nos ascendamus alacriter quotquot ardente ejus desiderio flagramus, et fieri hoc poterit, si purgata mente et ratione ad lucem ejus contemplativæ animæ vi, quantum fas est, prope accedamus. Quod si taliter affecti erimus, rejectis tenebrososis, puri cum pura perpetuo erimus, perque ipsam cum ejus Filio ac Patre et Spiritu sancto, Trinitate beatissima; fas quippe non est impuro et non purgato purum attingere. Porro tenebrosa rejiciemus et sordida, lucidique erimus et puri, si, ut compendio dicam, declinantes ab omni malo (ut inquit David) fecerimus omne bonum, ut per hæc velut instrumenta, et in præsentī vita favorem ejus et gratiam mereamur, et cœlestium flamus bonorum compotes maternis precibus Virginis potentissimæ apud Filium, quem decet omnis gloria, honor et adoratio cum ingenito ejus Patre, ac sanctissimo bono et vivifico Spiritu nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

MANUELIS PALÆOLOGI

CANON DEPRECATORIUS

AD SANCTISSIMAM DOMINAM DEIPARAM PRO PRÆSENTIBUS PERICULIS.

Ode I.

Omnis ordo atque ætas fidelium, ad Matrem Dei, omnium moderatoris, voces tollamus, populum tuum libera a calamitatibus, tuæque civitati victoriam adversus hostes concede.

Vides, Virgo, Chaganum alium hostem graviter prementem hæreditatem tuam: ut eum, qui hunc ipsum progeniit, ita istum et illius assecclas funditus dele.

Quam multis molestis ac duris populus tuus, o omnino inculpabilis, afflictus est, et nisi velociter ipsa precibus tuis succurras, pessumibunt omnia gravissima jactura.

O Virgo, quæ cœli terræque, et omnium quæ in cis sunt Conditorem omnisque carnis moderatorem secundum carnem peperisti, apud ipsum pro nobis fiducialiter intercede.

O Virgo, quæ Deum ineffabiliter peperisti, Advocatam agens apud eum pro iis, quorum gratia, ipse commiseratione motus, mortalis factus est, votum assequeris. Ideo nec moreris

Ode II.

Quoniam multis calamitatibus, ut nunquam antea, omnes, o augusta Puella, premimur populus tuus; tu nunc studiose ante finem præveniens a malis nos eripe.

Sola Dei misericordia per tuas intercessionem, o Virgo, confidere nobis datur, etenim vita in malis versatur, ut famuli fideles spes nostras assequamur, o omni laude dignissima.

Tu, o purissima, Portus nobis es et Propugnaculum, in te spes nostras pie collocantibus: nunc igitur talis appare, gravissima jactatis tempestate.

Præses, et tegmen forte, et munimentum appares tu, Deipara, omnibus ad te accurrentibus cito affer opem.

Ode III.

Natura nostra primæva prævaricatione vulnerata est. Nihilominus Deus ille, cui tu, Puella, Mater es, multa misericorditer passus et crucifixus jam antea ipsam a corruptione et inferno liberavit.

Etlem ergo nunc supplica, ut liberet ab hostibus te fideliter laudantes.

Ode IV.

Sexcentis erroribus lassati in altum caput sublevare omnino non possumus. Tu ergo, o purissima, Deo ferventer supplica pro nobis.

Cœtus te laudantium, o mundissima, ad tuum templum fideliter accurrentes, atque ingruentium calamitatum propulsationem exposcentes, spes suas assequantur.

Impossibile est, o immaculata, præsidium tuum invocantes, irritò voto frustratos reverti. Quamobrem ante te procidentes, te fideles rogamus, ut ab hostibus nostris redimamur.

Plurimis gratiis tuis antea potiti, o Deipara, Ave tibi acclamamus teque obsecramus, o gloriosissima, ut adversus hostes te inhonorantes, tuis victoriam largiaris.

Ode V.

Spiritus quidem carni malæ, caro autem passionibus, heu mihi, turpiter subjecta est, o purissima: quamobrem nos in malorum multorum discrimine constitutos libera, Dei Mater, intercessionibus tuis.

Corpus peccatis plenum est, anima vero malis gaudet: sermo, cor, mens ad pejora inclinat, et nunc in rebus calamitosis versamur, tu vero, o Virgo, ab his libera servos tuos.

Præveniat nos, o bona Domina, consueta Filii tui omniumque Dominatoris misericordia, quæ molesta omnia nobis instantia depellat, et libera nos ab erroribus, intercessionibus tuis.

Res graves multifariam nunc nobis impendent. Illas tu cito, o Puella, dissipa in morem fumi, venti vehementis impetum nullo modo sustinere valentis.

Ode VI.

Vitæ commotio, o Virgo, animam turbat, turbationes usquequaque inferunt difficilia nobis hoc tempore, hæc quantocius precibus tuis propulsa. Rerum molestarum fluctus navim illam demergere minantur, cujus tu, Dei Mater, manu tua gubernacula moderaris, hos igitur sterne, et tranquillitatem precibus tuis concede.

Multis lacrymis opus est, o Virgo, nobis qui Christi præcepta aspernati sumus, propter quod cum rebus sinistris luctamur, ab his nos redimo ad optimam vitæ rationem traducens.

Si teos, o sanctissima, nunc ab hostibus liberaveris, nihil erit novi; magis autem erit tua vetus consuetudo, o vertex bonitatis; ab his itaque ut liberemur celeriter largire.

Ode VII.

Unum quoddam præceptum transgressus est, vae nobis, o Domina, primus pater Adam, et facti sui pœnam statim dedit Deo. Cum vero ad iram

multoties Deum commoverimus, quantas pœnas dare oportet! Sed libera tu nos.

Nec propheta, nec princeps, nec dux auxiliari nobis hodie potest, nec ullus est, qui cohibeat res adversas, omnes enim Deo sunt obnoxii criminis. O quam graves pœnas expectare æquum est, nisi tu, o purissima, præripias!

Mystice nos baptisma e servis malis Dei pueros effecit, peccatum tamen fiduciam nos habere non sinit. Propterea, o sanctissima, calamitatum multitudine circumdatos intercessionibus tuis libera.

Nequaquam præcepta Dei, omnium Principis, servavimus, o purissima; undique igitur contra nos hoc adversitatum flammam vehementem excitat. Sed tuis ad Filium tuum precibus illam extinguas.

Ode VIII.

Salvatorem mundi peperisti, o Domina, bonum ac beneficium te glorificantibus. Hunc ergo jam manu exora, ut ab hostibus liberet tuos, dum multi exstant fideles.

Filius tuus, o Virgo, liberavit tres pueros ab igne voracissimo, omnia quippe potest. Hujus ejusdem manu libera nos omnes, o Sponsa Dei, a gentis immanissimæ furore.

Deus per plurimam misericordiam Incarnatus est ex te, o Puella universos salvare volens. Hunc vero, o purissima, erroribus nostris propitium reddere posse, confidentiam habes: accelera igitur, o Dei Mater.

Ille quem genuisti, magis gaudet donare gratiam quam ii, quibus ipsa datur, gaudeant accipere. Proinde tu apud illum pro nobis legatione fungens universa expedias. Perge itaque, o Deipara.

Ode IX.

Deum, o Virgo, secundum carnem genuisti, qui etiam pro nobis voluntarie passus est. Cum sustinisset autem mortem, mortis vinculis eos absolvit qui erant in inferno. Huic igitur supplica ut ii qui te laudant, a rebus sinistris valeant exsolvi.

Hominum genus Deo peccavit, et usque nunc procedunt, o intemperatissima, sed non sunt hominum errores hujusmodi, quos Dei sanguis eorum gratia effusus mundare non posset. Ideo nunc ipsum pro nobis, o Domina, exora.

Hostis tyranni antiqui potentiam disperdas, o purissima, velut mollem et enervem intercessionibus tuis, atque illius fastum in altum sublatum dejicias, o Virgo, tuosque servos cum rebus gravibus innumeris luctantes velociter invise.

Eos qui nos hoc tempore terrent, o purissima, tu trepidos ac timidos in fugam conjice et horum prosperum cursum ipsa reseca. Da autem populo tuo, ut statuere possit ex ipsis tropæa, ut olim majoribus nostris statuere dedisti.

NOTICE

D'UN OUVRAGE DE L'EMPEREUR MANUEL PALÆOLOGUE.

INTITULÉ :

ENTRETIENS AVEC UN PROFESSEUR MAHOMÉTAN.

Par M. C. B. HASE *.

L'ouvrage dont on vient de lire le titre, se trouve dans trois manuscrits de la Bibliothèque impériale. Le premier, qui est le plus ancien, fait partie de cette collection, au moins depuis le règne de Henri IV; sur la reliure existent encore les armes et le chiffre de ce prince. Ce volume contient 514 feuillets *in-fol.*, sur papier ordinaire; il était coté d'abord M. CC. LXIV, puis 2417, ensuite 1385, et enfin 1253. C'est ce dernier numéro qu'il porte encore aujourd'hui, et sous lequel on le trouve mentionné dans le Catalogue imprimé des manuscrits de la Bibliothèque du roi (1). L'écriture paraît être du XVI^e siècle; elle est grande et un peu chargée d'abréviations; l'encre est encore d'un beau noir. Indépendamment des différents numéros que le volume a portés successivement, et que je viens d'indiquer, on lit le titre que voici sur un des feuillets blancs qui sont à la tête de l'ouvrage : Τὰδ' ἐνεστιν ἐν ταύτῃ τῇ βιβλίῳ · Μανουὴλ βασιλέως τοῦ Παλαιολόγου διάλογος περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας, πρὸς τινὰ Πέρσην · διήρηται δὲ εἰς κς' διαλέξεις. Deux autres cotes, N^o 164 *vicesima tertia*; et celle plus bas, N^o 25, ont été ajoutées par une main qui me paraît être italienne. Il se peut, en effet, que cet exemplaire ait été écrit en Italie, et conservé dans quelque bibliothèque de ce pays, avant d'être transporté en France. Je crois même avoir trouvé un indice de la collection à laquelle il appartenait. Le hasard m'ayant fait consulter un ancien catalogue manuscrit de la bibliothèque du cardinal Nicolas Ridolfi, neveu du Pape Léon X, et mort en 1550 (2), j'y ai rencontré l'article suivant, presque entièrement conforme au titre rapporté plus haut : « N^o 49. Μανουὴλ βασιλέως, τοῦ Παλαιολόγου, διάλογος περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας, πρὸς τινὰ Πέρσην · διήρηται (sic) εἰς κς' διαλέξεις. » Si donc l'ouvrage de Paléologue s'est trouvé autrefois dans la collection du cardinal Ridolfi, comme les livres de ce prélat ont passé successivement au maréchal Pierre Strozzi, à la reine Catherine de Médicis, et enfin à la Bibliothèque du roi, il devient infiniment probable que le volume mentionné, sous le n^o 49, dans cet ancien catalogue, est celui dont il est ici question, et qui porte aujourd'hui le n^o 1253 parmi les manuscrits grecs. Je ne dois pas dissimuler cependant que je n'ai trouvé nulle part, à la tête de ce dernier, la marque 49 que l'exemplaire du cardinal Ridolfi doit avoir portée.

Le second manuscrit est du nombre de ceux qui ont appartenu à M. de Coislin; il conserve son ancien n^o 130, sous lequel Montfaucon l'a décrit dans son catalogue (3). C'est un petit *in-folio* relié en bois, de 216 feuillets; il est en papier ordinaire; l'écriture en est serrée, mais facile à lire, malgré de fréquentes abréviations. La plus grande partie du verso du sixième feuillet, et les feuillets 8 et 9 sont en blanc; on supplée aisément à ces lacunes, peu considérables, par l'exemplaire dont j'ai déjà parlé.

Enfin, le troisième manuscrit coté 169, fait partie d'un dépôt supplémentaire dans lequel on a réuni les livres dont la Bibliothèque a fait, depuis peu, l'acquisition. Il est également en papier, de format in-4^o, contenant 687 feuillets, d'une écriture très-moderne. On voit clairement que c'est une copie du premier, faite par quelqu'un qui n'était pas exercé dans la lecture des manuscrits. Ce copiste ne pouvant pas déchiffrer toutes les abréviations de l'original, a souvent cherché à les imiter trait pour trait; quelquefois même il s'est trompé entièrement sur la manière dont il fallait les lire. Je reviendrai dans la suite sur cet exemplaire, à cause d'une particularité qu'on y remarque; qu'il me soit permis maintenant de dire quelque chose de l'ouvrage qui y est contenu, et des raisons qui m'ont engagé à en donner la notice.

Ayant été chargé par mes chefs de faire le catalogue détaillé des manuscrits du Vatican arrivés en France et réunis à la Bibliothèque impériale, j'ai été dans le cas de parcourir, pour ce travail, un certain nombre d'ouvrages grecs inédits, composés dans les quatre

(1) *Catalog. Bibl. Regiæ, pars II, Paris. e typogr. regia 1759, in-fol. p. 265.*

(2) Ce catalogue a été rédigé en grec par Matthieu Devari et Nicolas Sophianus; il se trouvait autrefois à la bibliothèque de Colbert, sous le n^o. 3769. Il a été traduit par le P. Montfaucon, et inséré presque en entier dans la *Bibliotheca bibliothecarum*

(tom. II, p. 766) de ce savant religieux; mais l'original autographe se conserve encore aujourd'hui parmi les manuscrits grecs de la Bibliothèque impériale, n^o. 3074, et le passage que je cite s'y lit au fol. 70 verso.

(3) *Biblioth. Coislin. Paris. 1715, in-fol. p. 201.*

* *Notices et extraits des mss. de la bibliothèque Royale. tom VIII.*

siècles qui ont précédé la prise de Constantinople (1). Les versions latines et les extraits que j'ai faits de quelques-uns de ces traités, ne méritent pas tous, à coup sûr, d'être rendus publics; mais celui qui nous occupe est uno de ces compositions qui, sous plus d'un rapport, ne m'ont pas paru dépourvues d'intérêt, et j'ai pensé que les lecteurs me sauraient gré de leur en présenter ici le début. Dans l'état actuel de la littérature, le livre de Manuel, publié en entier, trouverait moins de lecteurs sans doute que dans le temps où il a été écrit. Cependant, outre l'avantage de représenter avec exactitude les idées et le langage des deux nations qui, dans le xv^e siècle, se disputèrent l'empire de la Grèce, on y rencontre encore plusieurs faits dignes d'être recueillis, et quelques digressions qui, en répandant du jour sur une partie obscure de l'histoire byzantine, donnent au Traité qui les renferme, une sorte de mérite qui l'élève presque au rang des monuments historiques. Enfin, comme l'origine de l'empire ottoman a été l'objet d'une infinité de discussions, et qu'on a si souvent recherché comment un peuple nomade a pu parvenir, par une suite de conquêtes, à fonder un Etat si vaste, et à former une masse de puissance inébranlable pendant trois siècles, on aimera à trouver, dans cet ouvrage, quelques détails sur un événement aussi important; on n'y lira pas sans intérêt les aveux tristes et sincères d'un souverain qui convient de sa propre détresse et reconnaît la supériorité toujours croissante de son ennemi.

L'auteur de ces dialogues est l'empereur Manuel Paléologue, second fils et successeur de Jean I^{er}. Du Cange (1*), Gibbon (2) et Henri Warton (3), ont rassemblé à peu près tout ce qu'on sait sur sa vie politique; et dernièrement encore, dans la continuation de l'Histoire du Bas-Empire (4), un savant distingué vient de jeter un nouveau jour sur plusieurs points de cette époque. Je me bornerai donc à rappeler ici que Manuel, né l'an 1348, fut associé à l'empire en 1373, qu'il succéda à son père en 1391, et que son règne fut aussi long que malheureux. Des ressorts extraordinaires avaient fait alors des Turcs un peuple de héros; Orchan profita habilement des divisions qui s'étaient élevées parmi les Grecs pendant la minorité de Jean Paléologue; Amurath I^{er}, ayant pris Andrinople vers 1360, acheva sans obstacle la conquête de la Thrace; et tandis que les Grecs, désespérant de leurs propres forces, imploraient des secours étrangers, toujours dangereux ou tardifs, les vertus guerrières inspirées par la religion du prophète, reparaissaient parmi les Turcs avec tout l'éclat dont elles avaient brillé lors de la naissance du mahométisme en Arabie. Il n'est pas étonnant que, dans une pareille situation, presque toute la vie de Manuel Paléologue se soit passée ou en sollicitations près des princes de l'Occident, pour les engager à se réunir contre son ennemi, ou en démarches à la cour du sultan, pour se faire pardonner ces mêmes négociations, ou en guerres dont l'issue lui fut presque toujours funeste. Après un règne d'environ trente-quatre ans, pendant lequel ce malheureux prince parcourut l'Italie et la France (5), soutint deux sièges dans sa capitale (6), et se condamna même, pendant quelque temps, à une vie privée, on le vit, accablé de fatigues et de chagrins, laisser les soins du gouvernement à son fils aîné Jean Paléologue II, et, retiré dans le monastère de Périblepte, il s'occupa des lettres et de l'étude de l'Écriture sainte jusqu'à l'instant de sa mort, qui arriva le 21 juillet 1423, vingt-huit ans avant la prise de sa capitale et l'asservissement total de sa nation.

Tandis que les souverains du reste de l'Europe étaient presque tous étrangers aux lumières de leur siècle, on se plaît à voir ceux de Constantinople, non-seulement protéger les lettres, mais cultiver souvent eux-mêmes différentes branches d'instruction, et se distinguer quelquefois par des ouvrages dont nous pouvons encore apprécier le mérite. Anne Comnène nous a laissé la Biographie de son père; Constantin VI Porphyrogénète, celle de son aïeul; Théodore Lascaris, des panégyriques; Maurice et Léon VI (7), des Traités de l'art militaire; Cantacuzène, des Mémoires qui le placent à côté des meilleurs historiens

(1) J'ai cru cette étude indispensable pour l'intelligence de plusieurs pièces historiques qui concernent principalement les règnes de Cantacuzène, de Jean et de Manuel Paléologue, et qui paraîtront pour la première fois dans ce catalogue.

(1*) Du Cange. *Famil. Byzant.* Lutet. Paris., 1680, in-fol. p. 241.

(2) Gibbon, *Hist. of the Declin. of the Roman Empire*, ed. de Bâle, in-8^o, vol. XI, pag. 248 et seqq.

(3) *Supplement. ad Cave Script. Ecclesiast. hist. literar.*, Genève 1705, in-fol. Appendice. p. 52.

(4) *Hist. du Bas-Empire*, par H.-P. Ameilhon, tom. XXVI, Paris. 1807, in-8^o.

(5) En 1400.

(6) En 1397 et 1423.

(7) Je ne cite pas l'empereur Nicéphore Phocas, quoiqu'il passe pour auteur d'un petit Traité adressé aux commandants des provinces grecques

limitrophes de la Cilicie, sur la conduite à tenir lors des incursions des Arabes. Du Cange a déjà reconnu, dans son Glossaire grec, tom. II, col. 50 de la notice des auteurs anecdotes, que cette pièce, intitulée Περὶ παραδρομῆς πολέμου, quoique composée sous le règne de l'empereur Nicéphore, n'est pourtant pas de ce prince; elle se trouve dans trois manuscrits de la Bibliothèque impériale, et serait utile à un éditeur qui voudrait rétablir le texte corrompu et mutilé de la Tactique de Léon, donné, pour la dernière fois par Lamy, dans les Œuvres de Meursius, Florence, 1745, in-fol. vol. IV, col. 529 et seq. Quelquefois même cette pièce pourrait servir de commentaire aux deux ouvrages de Constantin Porphyrogénète sur les thèmes et sur l'administration de l'empire, auxquels je regrette que Banduri ne l'ait pas jointe dans son *Imperium Orientale* (a).

(a) Vide tomum nostrum CXVII. Edit.

de la Byzantine. Il est vrai que ces écrivains, illustres par leur rang et zélés admirateurs des anciens, n'en offrent guère dans leurs ouvrages le caractère et le style ; à peine en est-il deux ou trois qui aient quelques traits de ressemblance avec ces grands modèles. Tant il est vrai qu'il peut se trouver pour les lettres des circonstances si peu favorables, que le commerce le plus intime avec les anciens ne suffit pas pour donner à l'esprit humain tout l'essor qu'il pourrait prendre. Il est certain cependant que l'exemple donné par tant de princes contribua beaucoup à conserver parmi leurs sujets l'amour de ces études, encore utiles même dans leur décadence et dans leur fausse direction (1).

 χεῖρον ἔχω τῶν γεγραμμένων, ἀλλὰ σοι μὴ τοῦτο
 ἔστω πρὸς τὸ καλὸν κώλυμα, ἢ εἰργόν τι τοπα-
 ράπην· ἀλλ' εἰ πού τι καὶ βέλτιον εὑρηται παρ'
 ἐμοὶ, ἐπεὶ μηδεὶς ἐστέρηται πάντων ἐξῆς τῶν
 καλῶν, ἠγοῦ σοι πρόπειν τοῦτο κληρονομήσαι,
 καὶ πρὸς ἐπιδοσιν ἀγαγεῖν πολλῶ γε κρείσσω
 φιλοτιμῆσθαι ἢ τὴν οὐσίαν τὴν πατρικὴν καὶ
 βασιλείαν αὐτήν. Τὰμὰ δὲ ἐλαττώματα διορῶν
 (πολλὰ δ' ἔστι), καὶ μεγάλα θέλε τι καὶ παρὰ
 τούτων κερδῆσαι, διδάσκαλον αὐτὰ προστησά-
 μενος βλου τε ἀμείνονος, καὶ πολιτείας ἀσφαλε-
 στέρας. Καλὸν σοι γὰρ ἐκελόνους μμηῖσθαι, οἱ
 τοῖς ἑτέρων ναυαίοις διασώζονται, ἀπὸ τῶν ἐκεῖ-

lis superiores sumus. Nam cum auctoritate loqui,
 quod sane permagnam in ludi magistro, doctore,
 quovis alio vel moderante, vel fingente juvenum in-
 genia, vim habet, mihi quidem omnino licet: at non
 iidem illis, etiamsi vel universorum in unum sa-
 pientia coeat. Quo enim pacto vel libere, vel fide-
 liter, vel confidenter regis, patris, amici more, præceper-
 rint ii, qui et imperii majestate, interitum animarum
 suppeditante, carent, et affectione, vi naturalis amo-
 ris universas alias superante et amicitia, fiduciam
 prætextu familiaritatis augente? Exemplo sunt Dio,
 Isocrates, complures alii, qui scripsere quidem illi
 multis regias (sic enim appellatae sunt) orationes, ad
 ipsos etiam reges: sed quod personæ tam suæ, quam
 regis decorum servare cuperent, nec vel insolentes
 vel protervi videri: prolixam regiam eminentiam ar-
 te demulcent, ac deinde ne sic quidem libere satis id,
 quod dicendum erat, pronuntiant. Ex his equidem
 virisque præterea diviniotibus, collectas hasce sen-
 tentias, quibus et a nobis fortasse non contemnendum
 aliquid adjectum est, libere ac paterne (ut ita
 loquar) offerre tibi volui, ceu debitum pariter ac munus,
 centum capitibus inclusum, quæ Acrostichide
 quadam digeruntur, in qua ipsa pars quædam est
 voti, quod a Deo minime rejici opto, si quidem et
 pro voto preces concipiendæ sunt, more patris et regis
 illius admirandi, qui dixit: Exaudi, Domine, pre-
 cationem meam. Tu si animum iis, quæ consuluntur,
 adverteris, magnum ipse tibi emolumentum affe-
 res. Poterant autem omnia paullo dilucidius expo-
 ni, sed existimabam equidem, melius esse, non quid-
 quid esset osseum, e carne prorsus eximi: ut restaret
 aliquid in hoc epulo, quod ad querendum majores mo-
 menti cibum convivæ animum excitaret. Nec enim par
 erat a nobis, ad strenuitatem te cohortantibus, ineffi-
 caces ac molles tibi cibos offerri. Tu mentis robore
 quidquid difficilius est, digerens recte medullam
 ipsam esculentam tibi reddito, quæ animum tuum
 multo sane meliorem efficiet, quam corpus Achillis
 leonum, ut in fabulis est, medullæ. Nam mihi quidem
 persuasum est, tantum hic inesse fructus, ut, si quidem
 eum studiose decerpseris, facile præst antissimus et
 hominum sis evasurus et regum. Quod si auctor ho-
 rum ego multo sum inferior iis, quæ hic a me per-
 scripta sunt: minime id quidem impedimento tibi
 sit ad virtutem, vel ulla in parte obstet: sed si quid
 apud me rei melioris fuerit inventum (quando nemo
 bonorum prorsus omnium exors est), id uti hæredi-
 tate adeas, et multum adaugeas, studiosius ex ratione
 decori putabis elaborandum quam vel bonæ paterna
 vel ipsum regnum. Vitia vero mea perspicies (quæ
 sane permulta et magna sunt), ex iis quoque lucrum
 aliquod percipere velis; præficiendo scilicet illa tibi
 ceu quemdam vitæ melioris tutorisque gubernationis
 magistrum. Nam recte feceris, si eos fueris imitatus
 qui naufragiis alienis servantur, illorum delictis ad-
 versisque casibus, quid opus facto sit, edocti: dum
 vel longum vale navigationibus dicunt, vel pro vir-
 tibus sibi consulunt. Quin et illud aliquando accidit,

ut quis lapsus proximus, si alium prius videret lapsum, A
resiliret : quo sane pacto usu venire sciet, ut aliorum
ruina mente præditiis saluti sit. Itidem rectius ali-
quando medicis, artem suam magnopere jactanti-
bus, difficiles aliqui nonnullis morbos curarunt;
experientiam duntaxat inde nacti, quod eadem et
ipsi perpassi fuissent. Imo medici quoque tritum
vulgo proverbium refellerunt, qui dente vel oculo ex
phramaco quodam amisso, vel aliud quiddam perpassi,
deinde propriis ex erratis facti peritiores, quos mor-
bos suis in corporibus curare non potuerant, iis alios
plures liberarunt; per accessionem experientiæ ad
artem, vi mali superata. Ad summam, qui malus
esse vult, nullum ex ulla re capiet emolumentum, bo-
nus autem ex omnibus.

των ἀμαρτημάτων τε καὶ ἀτυχημάτων τὸ ὄσον
καταμαθόντες· καὶ ἢ τὸ πλεῖν ἀρηυσάμενοι, ἢ
τὸ γε κατ' ἐκείνους Καὶ μὴν
ὄλλισθου τις ἐγγὺς γεγονώς, φθάσαντος ἄλλου
κατανεχθῆναι, αὐτὸς ἰδὼν ἀπεπήδησε· καὶ γέ-
γρονε τὸ πτώμα τῶν ἄλλων σωτηρία τοῦν ἔχου-
σιν. Ἀλλὰ καὶ κρείττον λατρῶν, πολὺ τῇ τέχνῃ
φρονούντων, ἐνίοις γε τιρὲς ἐθεράπευσαν ἐκ
νοσημάτων δυστρόπων, ἀπὸ μόνου τοῦ παθεῖν
τὴν κείραν ελληρότες. Καίτοι καὶ παῖδες λατρῶν
τὴν πα;ομίαν ἐξήλεγξαν ποῦ, ὀδόντα τε καὶ
ἐφθαλμὸν ἀποβαλόντες τιρὶ φαρμάκῳ ἢ ἑτερόν
τι καθόντες, ἔπειτ' ἐμπειρότεροι γεγονότες ἐκ
τῶν ἰδίων ἀμαρτημάτων, καὶ ὦν γε ἦτους ἐφθ-
νησαν παθημάτων ἐπὶ τῶν ἰδίων σωμάτων, τοῦ-
των πολλοὺς ἀπαλλάξαντες, τοῦ δεινοῦ περιγεγονότες τῇ
προστέθεισῃ τῇ κείρῃ τέχνῃ. Κεφά-
λαιον τοῦ λόγου, Ὁ κακὸς βουλόμενος εἶναι ἕκ' οὐδενὸς ὠφελήσεται, ὁ δ' ἀγαθὸς ἐξ ἀπάντων.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΕΚΑΤΟΝ

ΔΙ' ΑΚΡΟΣΤΙΧΙΑΟΣ.

CAPITA CENTUM

PER ACROSTICHIDEM *.

CÆSAR, CÆSARI,
MANUEL, JOANNI,
PATER, NATO,
ANIM, ANIMO,
FRUCTUM, CIBUM,
MEI, TUO,

QUALIS QUALIS, VEGETO :
CUI DEUS MODERATOR ESTO (1).

I.

Constat diversa vivendi mortalibus esse genera,
quæ partim a prudentia, disciplina, probitate,
partim a stupiditate, inscitia, improbitate prove-
niunt et distinguuntur; rursusque dividuntur ac
subdividuntur, eo quidem numero ac varietate, quæ
animi vi comprehendi nequit. Videtur autem aliud
alii præstantissimum esse, duas, non plures ob
causas, vel honesti, vel voluptatis, nonnunquam et
amborum causa. Difficulus quidem fieri potest, ut
æqualiter animus in utramque partem propendeat;
si accurate quis ad id, quod integerrimum est, re-
spicere velit. Si tamen hoc quoque concedat aliquis,
semimprobus erit, qui in utramque partem distra-
hitur; prorsus autem malus, qui totus voluptatibus inhiat; qui denique bonum sectatur, ex ipsa re bo-
nus erit.

II.

Aliis vivendi rationibus primo commemorata loco
vita longe præstat, quæ asperissima quidem omnino

(1) Sic construe: Cæsar Manuel pater, Cæsari
Joanni filio fructum animi mei qualis qualis, cibum
animo tuo vegeto, tribuo scilicet, cui Deus moderator
esto.

* Id est quorum primæ litteræ verbis subjectis continentur.

B

ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ΒΑΣΙΛΕΙ,
ΜΑΝΟΥΗΛ, ΙΩΑΝΝΗ,
ΠΑΤΗΡ, ΥΙΩ,
ΨΥΧΗΣ, ΨΥΧΗ,
ΚΑΡΠΟΝ, ΤΡΟΦΗΝ,
ΕΜΗΣ, ΤΗ ΣΗ,
ΟΠΟΙΑΣΟΥΝ, ΑΚΜΑΖΟΥΣΗ,
ἢ Ο ΘΕΟΣ ΕΙΗ ΚΟΣΜΗΤΩΡ (2).

A'.

Βίοι τοῖς ἀνθρώποις διάφοροι· οἱ μὲν φρονήσει,
καὶ παιδεύσει, καὶ χρηστότητι, οἱ δὲ ἀβελτηρίᾳ,
καὶ ἀπαιδευσίᾳ, καὶ πονηρίᾳ γιγνόμενοι τε καὶ
μεριζόμενοι· καὶ αὖθις διαιρούμενοι τε καὶ ὑπο-
διαιρούμενοι εἰς ἀριθμὸν οὐχ ὑποπίπτοντα λογισμῷ.
C Δοκεῖ δ' οὖν ἄλλος ἄλλω κράτιστος εἶναι, δυοῖν αι-
εταίν, οὐ πλεῖστον, ἢ τοῦ ἀγαθοῦ, ἢ τοῦ ἡδέος ἕνεκα·
ἔσθ' ὅτε δὲ τισὶ καὶ ἀμφοῖν. Χαλεπὸν δὲ τὴν ψυχὴν
ἴσα πρὸς ἑκάτερα ῥέπειν, εἰ τις ἀκριβῶς πρὸς τὸ
τελεώτατον ἀφορῶν. Πλὴν κἀν τοῦτο δοῖται τις, ἡμί-
φαυλο; ὁ δίχα τεμνόμενος· φαῦλος δὲ παντάσιν ὁ
κεχηνῶς καθάπαξ πρὸς ἡδονάς. Ὁ δὲ διώκων τάγα-
θὸν αὐτὸς γε τοῦτο ἀγαθός.

B'.

Ἄριστος μὲν βίος τῶν εἰρημένων ὁ πρῶτος· ὅς
τραχύτατος; μὲν παντάσιν εἶναι δοκεῖ, διὰ τὸν

(2) Σύνταξον ὧδε· Βασιλεὺς Μανουήλ πατήρ
βασιλεῖ Ἰωάννη υἱῷ, καρπὸν τῆς ἐμῆς ψυχῆς
ἀποιασοῦν, τροφήν τῇ σῇ ψυχῇ ἀκμαζούσῃ, δι-
δωμι δηλοῦντι. ἢ ὁ θεὸς εἴη κοσμητῶρ.

πρὸς τὰς ἡδονὰς πόλεμον, οὐ πάντη δὲ οὕτως ἔχει. Οὐ γὰρ ἡδονῆς ἀμοιβραί, τῷ συνειδῶσι καὶ ταῖς ἐλπίσι τέρπειν εἰδῶς. Πρόσεσι δὲ γε τοῦτο καὶ τὸ σεμνόν, καὶ τὸ διαρκές, ὅτι γε παντάσῃ χρηστῷ. Τοιαῦτα τὰ μὴ νεοθυεμένα τῶν ἀγαθῶν. "Ὅν ἂν ἐραστὴν αὐτῶν ἀπαξ λάβοι, χειροῦται τε, καὶ οὐκ ἔξ τὴν ἐφεσιν αὐτῶν πλανᾶσθαι πρὸς τι μάταιον. Τῷ δὲ δευτέρῳ, τὴν ἡδονὴν τέλος ἔχοντι, οὕτε σύνεστιν οὐδὲν ὑγιές, οὐτ' ἐφέψεται. Οὐδὲν γένοιτό τι ἡσθῆναι διὰ τέλους ἐνί τῃ πράγματι, ἄλλοτε ἄλλων ὀρεγομένων, τῶν μηδὲν ὡς ἀληθῶς ὄντων ἡδέων, καὶ διὰ τοῦτο μεταπεμπόντων αἰεὶ πρὸς ἕτερα. Ὁ τρίτος μὲντοι καὶ μέσος ἔστω· ἵνα μὴ σκληρῶς ἐκ προοιμίων ἐπιτάττοιμεν, οἱ τῶν ἀγαθῶν οὐκ ἐργάται. Ἔστω δὴ τέως ἡμῖν μὴ παντελῶς ἀπόβλητον τὸ ἡδῶ, ἄλλα οὐ προσίσταται τὸ κακόν.

Γ'.

Σαφῶς ἴσθι βίον τὴν αἴρεσιν γνῶμης, οὐ φύσεως οὖσαν. Ἡ φύσις γὰρ Αἰθιοπί, καὶ Σκύθη, καὶ Κελτῶ, καὶ πᾶσιν ἐξῆς ἀνθρώποις, μία τις οὖσα τυγχάνει. Ὀλίγοις δὲ τισιν ἰδιώμασι τοῖς γένεσι ποιεῖ τὴν διαφορὰν. Τὴν δὲ προαίρεσιν χαλεπὸν καὶ ἀδελφοῖς μὴ μερίζεσθαι. Οὐκοῦν ὅπερ ἡμῖν εἴρηται, οἱ βιοι τοῖς ἀνθρώποις οὐ διὰ τὴν ἀμέριστον φύσιν μερίζονται, ἀλλὰ διὰ τὴν μερίζομένην προαίρεσιν. Παντὶ δὲ βίῳ τὸ ἡδίστον ἐκ συνηθείας οἶμα προσγίγνεσθαι, οὐ τῷ ξυμπεφυκέναι καθάπαξ. Ἰδοὺς γὰρ ἂν ἐπίμοχθὸν τε καὶ φαῦλον βίον πεφιλημένον τῷ κεκρημένῳ, ὅπερ οὐκ ἂν ἠλλάξατο ἀήθη γέμοντα ἡδονῆς, καθαρειούσης μέμφεως. Χρηστῶν οὖν ἂν εἴη τῷ κρείττονι, ὡς τοῦ ἡδέως τῇ χρήσει ἐφευόμενου τε καὶ συμδησομένου.

Δ'.

Ἰσθι καιρὸν ἐπιτήδειον ὄντα σοι τὴν ἡλικίαν ἀκμάζοντι, βίον ἐλέσθαι τὸν ἄριστον, καὶ διελθεῖν ὡς ἄριστα, καὶ ἐντήξαι τῇ ψυχῇ, καὶ ἀμετάστατον δεῖξαι· ὅτι σε μὴ προκατεῖληφε τὸ δυσχερές. Πρὸ γὰρ τοῦ σαυτῷ προστρέψαι κοκὰ, ῥᾶστα ἂν σοι γένοιτο κατορθῶσαι τὰ ἀγαθὰ. Ἦν δὲ μετάσχης φανλότητος, διπλῆ μοχθήσεις. Πολλὰ πονήσεις, καὶ ἐργὸν ἔσται ἀπαλλαγῆναι τοῦ χειρόνος δυοῖν χειροῖν ἀπονίψαι, καὶ οἰκειῶσαι σαυτῷ τὸ βέλτιον ἀκριβεῖ προσαρμογῇ, χρόνῳ καὶ μόγις γινομένη.

Ε'.

Λίαν μοι δοκεῖ σαφές εἶναι τὴν τῶν κρατούντων εὐδαιμονίαν τῆς παντοκρατορικῆς χειρὸς ἐξηρηθῆσθαι, ἐπειδὴ καὶ τὴν καρδίαν φασὶν ἐκείνην δῆπου κατέχεσθαι. Χρὴ σε οὖν εὐδαιμονίας ἐρῶντα ταύτην εἰδέναι ζητεῖν, ὅθεν λαβεῖν ἔξεσι, δηλαδὴ παρὰ Θεοῦ, σαυτὸν παρέχοντα τοῦ εὐδαιμονεῖν οὐκ ἀνάξιον. Ὁ γὰρ μὴ συμβαίνων τοῖς πράγμασι, ὧν ἐρᾷ, ἢ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτὰ κτήσει, κλν μάλιστα ταῦτα

videtur esse, belli ejus causa, quod cum voluptatibus gerit, sed in universum ita comparata non est. Nequaquam enim voluptatis expertus est, cum et recti conscientia et spe delectare consueverit. Cum eadem vita, penitus bona, conjuncta sunt gravitas atque constantia. Nimirum ejusmodi sunt non vitiosa bona. Quemcumque semel amatorem sui nacta fuerint, is et totum se dedit eis, nec ad ullam rem vanam evagari cupiditatem sinit. Alteri, cujus finis est voluptas, nec inest boni quidquam, nec comitabitur. Fieri certe nequit, ut quis una re perpetuo delectetur, alias appetens alia, quæ non reapse jucunda sunt, ideoque ad alia semper hominem avocant. Tertia sane, media quædam esto, ne, qui bona non facturus ipsis, statim ab initio præcepta duriora tradamus. Nimirum eatenus voluptatem non omnino rejiciendam ducamus, quatenus mali quidpiam ei non adest.

III.

Electionem horum vitæ generum certo scias esse consilii, non naturæ. Quippe naturam Æthiops, Scythia, Gallus, homines universi, unam quamdam habent, nationibus ipsis ob exiguas quasdam proprietates invicem discrepantibus. Animi vero institutum difficile fuerit etiam in fratribus non esse diversum. Rationes ergo vivendi, ceu dictum est, non indistinctæ naturæ ratione distinguuntur, sed ratione scindentis se in diversa studii et electionis. Cuius autem vitæ quod jucundissimum est, ex consuetudine conciliari arbitror, non a natura prorsus indi. Nam videas laboriosam malamque vitam alicui charam, qui ea sit usus: nec insuetam cum illa commutaverit, licet et voluptatis plena sit, et vituperio chareat. Utendum ergo ratione vitæ meliori, quam usus ipse jucundam ac gratam paulatim efficiet.

IV.

Scire debes tibi, qui nunc in ipso ætatis es flore, peropportuno hoc esse tempus eligendi vitam optimam, quam et præclarissime agas, et imprimas animo, et tibi propriam ac perpetuam reddas. Necdum enim te difficultas anticipavit. Nam prius, quam ipse te vitiis infeceris, facillimum fuerit res bonas atque præclaras agere. Sin pravitatis particeps factus fueris, duplicem molestiam experieris. Magnopere laborabis, et operosum erit, ambarum ut munum abstersione libereris a malo: et bonum tibi concilies adjunctione quadam accurata, quæ vix longo fieri tempore solet.

V.

Admodum mihi videtur esse perspicuum, felicitatem eorum, qui rerum potiuntur, ab omnipotente manu pendere, quando et cor ipsorum eadem contineri perhibent. Itaque te felicitatis cupidum scire necesse est, eam ibi quærendam, unde hauriri potest, nimirum a Deo: præbendo temetipsum non indignum, qui prosperitate fruatur. Nam cui cum iis quas expetit, rebus haud convenit: is vel prorsus

eas non assequetur, etiamsi maxime quaerat : vel male, postquam assecutus fuerit, amittet : quod haud dubie pejus est, quam plane non adipisci.

VI.

Res in primis utilis est, opportune ac recte ab omnibus omnia fieri : maxime, cum divinitus aliquid est petendum. Quippe magis expedit, nihil unquam ullo modo petere, quam rem non justam, nec aquam petere : nam Deum facilius ad iram provocaverit, qui sic petit quam optati quidquam impetraverit. Deus enim id, quod decet non quod indecorum est præbet. Exaudire nimirum, præbereque solet, non cum quis vociferando, lacrymando, plangendo, incumbendo precibus, id postulat, quod esse nocumento possit, cum ipse profuturum putet (multa vero talia sic a Deo per summam ignorantiam petimus) : sed cum boni publici private studiosus, ea facit, per quæ voti compos futurus est. Hoc scilicet est preces efficacitatis robur habere. Nam qui contraria facit iis, quæ precibus optat quo pacto æcum ipse dissentiens, Deum sibi possit assentientem habere ?

VII.

Copia boni divinitus, instar pluviam, beaberis ; si et sceptrum a Deo te consecutum agnoveris, et te servum ejus esse sciveris, eique serviro, magis tibi volupe fuerit, quam quod aliis imperes. Scire vero debes, multo te magis Deo servum esse, quam is tibi sit, quem precio comparasti. Et tantum quidem inter utramque servitutem interest, quantum Dei sanguis ab argento distat. Imo potius, excepta imperii dignitate, et redemptum ære mancipium et conservus, et frater, et honore tibi par est, ratione naturæ communis, e terra factæ ; quodque primus sit omnium pater is, qui Dei manu formatus fuit, itemque rationa unius et ejusdem baptismi, ac obitæ omnium causa Dei mortis. Minime certe propter inæqualitatem dignitatis, efferre se lutum supra lutum debet, Dei que donum aliquid, supra donum ejusdem, quod cunctis ex æquo conceditur.

VIII.

Ante omnia tibi, si subditos tuos cum amore pariter ac metu te colere voles, quodque visum tibi fuerit, pro lege ducere, necessarium erit, ut eadem ratione Deum ipse colas. Quales enim tibi vis esse subditos, talem scilicet ipse te geres erga Dominum huius universi ; absque quo fuerit, multum revera laborabis ; at parum omnino perficies, et eventum instituto tuo contrarium experieris. Quippe te ipsum ei subditum esse velle, cui natura subjecta sunt universa ; id vero vel imprimis efficit, ut tui sponte sua tibi subjecti pareant : itidemque Deum offendere, nihil est aliud, quam contra te ipsum experitem quoque sensus naturam concitare. Patet hoc de Jonæ, Dathanis, Abiromi aliisque talibus exemplis quæ modo minime recensenda veniunt.

IX.

Et manere tibi bona, gratis concessa, plane salva vis ; et majoribus a Deo cumulari ? fac ei pro viri-

Α ζητή, ἢ κακῶς μετὰ τὴν κτήσιν ἀποβαλεῖ, ὃ δὴ χειρὸν ἀτεχνῶς καὶ τοῦ μὴ λαβεῖν.

Γ.

Ἐπιεικῶς ὠφέλιμον πάντα πᾶσι γίνεσθαι μετὰ τοῦ καιροῦ, καὶ μάλιστα ὅταν προκέρηται παρὰ τοῦ κρείττονος αἰτεῖν. Μᾶλλον γὰρ λυσιτελεῖς μῆδὲν μηδέποτε μηδαμῶς αἰτεῖν, ἢ περ αἰτεῖν οὐ γινόμενον· βέλτον γὰρ ἂν παροργίσειεν ὃ τῆδε αἰτῶν, ἢ τι προσκτῆσαι τοῦ εὐκταῶν. Ὁ γὰρ θεὸς τοῦ κρείττονος, οὐ τοῦ γε ἀπρεποῦς χορηγός ἐστι. Φιλεῖ γοῦν ἐπακούειν καὶ χορηγεῖν, οὐχ ὅταν τις βροῶν, θακρῶν, κοπτόμενος, ταῖς εὐχαῖς ἐγκείμενος, αἰτῇ τι βλάβει δυνάμενον ὠφέλιμον ἡγούμενος (πολλὰ δὲ τῶν τοσούτων οὕτως αἰτούμεν παρὰ Θεοῦ, κατ' ἀγνοίαν μεγίστην)· ἀλλ' ὅταν ἢ τῶν κοινῶν καλῶν, ἢ τῶν ἰδίων ἐπιθυμῶν, πράττη δι' ὧν ἐπιτεύξεται. Τοῦτ' ἄρ' ἐστὶ τὴν δέησιν ἰσχύειν ἐνεργουμένην. Ὁ γὰρ ἐναντία ποιῶν ὧν περ εὐχεται, ἑαυτῷ διαφωνῶν, πῶς ἂν σχολῇ τὸ θεῖον σύμφωνον ;

Ζ.

Ἦσαι σοὶ θεὸς ἀγαθὸν, ἔχειν μὲν τὸ σκήπτρον· ἐκείθεν ἐπισταμένῳ, δοῦλον δὲ σαυτὸν ἐκείνου σαφῶς εἶδότε, καὶ τῇ δουλείᾳ εἴη πρὸς ἐκείνον χαίροντι μᾶλλον, ἢ τῷ βασιλεύειν τῶν ἄλλων. Ἰσθι δ' ὧν ἐκείνῳ δοῦλος ; πολλῷ γε μᾶλλον ἢ σοὶ τίς ἐστιν ἐωνημένος. Καὶ τῆς δουλείας τὸ διάφορον ἐκατέρας, ὅσον αἵματος Θεοῦ καὶ ἀργυρίου τὸ μέσον. Μᾶλλον δὲ καὶ αὐνοῦλος, καὶ ἀδελφός, καὶ ὁμότιμος, κλητὸν τοῦ σχήματος, ὃ ἀργυρώνητός ἐστι σοὶ τῇ γῆθεν φύσει τῇ κοινῇ, καὶ τῷ τὸν χειρὶ Θεοῦ πεπλασμένον εἶναι πάντων προπάτορα, καὶ τῷ ἐν βαπτίσματι, καὶ τῷ ὑπὲρ πάντων Θεοῦ θανάτῳ· καὶ δεῖ μὴ καταπαρῆσθαι δι' ἀνισότητά σχήματος, πηλὸν ὁμοίου πηλοῦ, καὶ Θεοῦ τι χάρισμα, τοῦ αὐτοῦ χαρίσματος πᾶσιν ἴσως διδομένου.

Η.

Σοὶ τοὺς ὑπὸ σὲ πάντας θέλοντι φίλτρῳ καὶ φόβῳ σὲ θεραπεύειν, καὶ τὸ δοκοῦν σοὶ νόμον ἡγεῖσθαι, μάλιστα γὰρ πάντων ἀνάγκη τῆδε τὸν Θεὸν θεραπεύειν. Ὅποιους γὰρ ἂν εἶναι σοὶ θέλεις τοὺς ὑπὸ σὲ τεταγμένους, τοιόσδε δὴ παύθην εἶση τῷ τῶν ὄλων αὐτῶν δεσπότη· εἰ δὲ μὴ, πολλὰ μὲν ἔντως πονήσεις, ὀλίγα δὲ πάντως ἀνύσεις, καὶ πρὸς τοῦναντίον τὸ πρᾶγμα σοὶ περιστήσεται. Τὸ τε γὰρ τοὺς κατὰ σὲ ὑποτετάχθαι σοὶ γνώμη τὸ ὑποτετάχθαι σε θέλειν, ᾧ τὰ πάντα ὑποτετάχθαι φύσει, μάλιστα γὰρ πάντων ἐργάζεται, καὶ τὸ τῷ Θεῷ προσκρούειν κινεῖν ἔστι κατὰ σαυτοῦ καὶ τὴν ἀναίσθητον φύσιν. Καὶ δηλοῖ τὸ Ἰωνᾶ, τὸ Δαυὶδ καὶ Ἀδελφῶν, καὶ τοιαῦτα ἕτερα, ἅπερ οὐ καιρὸς καταλέγειν.

Θ.

Βούλει σοὶ τὰ προῖκα καὶ χάριν διαμένειν ὄλων ἀβάλευτα, καὶ προσγενέσθαι τὰ μείζω παρὰ Θεοῦ ;

ἀποδίδου γοῦν αὐτῷ τὸ χρέος· ἅπαν εἰς δύναμιν. A hīs, quidquid omnino debes, exsolvas. Nam fieri quidem omnino nequit, ut operibus nostris beneficiorum a Deo profectorum magnitudinem exæquamus: animi tamen alacritas, quod quidam dixit, magni fieri meretur, quamvis absit ipsa facti præstatio. Quamobrem cave pulcherrimum æs alienum pessime dissolveris, nec id faciendo, quod potes, nec quod deest, saltem per ipsum velle complendo. Recipit autem Deus id, quod a nobis debetur, non manibus suis, sed pauperum et opis egentium. Nam sic eum et nobis accipere consentaneum est, et nobis ipsum vicissim largiri. Quod si facultatem habentes exigua quedam reddendi, et quidem ex illi, quæ ab ipso nobis concessa sunt ea sponte denegamus, ex diævurna quadam secordia, nobis familiari: quoniam pacto jure poterimus alio rursus potiri beneficio? qui fiet, ut omnino prius concessum non amittamus, et inexorabiliter pœnalconveniente multemur?

X.

Satis ex se parebit, quod dicturi sumus, ac profertur sane. Qui Deum diligere non vult, ei sunt infesta Dei creatura. Qui Deum non metuit, etiam ipsas rerum umbras formidat. Qui leges ipsius non servat, tametsi magnus sit, tametsi clarus, tametsi plenus omni sapientia: tamen nec habiturus est, qui decretis ipsius obtemperent: et servitutum potius ærriet non melioribus, quam ipsa sint principia. Quapropter qui benevolos habere vult eos, quibus imperat, semper illius benevolentiam conservet, in cujus potestate status omnis est, et qui vitam suppediat, omnemque animum ad bonum impellit. Nam in ipso vivimus, et movemur, et sumus. Item ipse est, qui efficit in nobis, et ut velimus, et ut præstemus, pro sua in nos propensione, quemadmodum divus Paulus ait.

XI.

Anteferenda tibi cunctis rebus est Ecclesiæ, quæ te quoque cunctis antepmit, et instar omnium est tibi secundum Deum. Ea tibi mater, nutrix, magistra, informatrix, alipta, via, viæ dux, adjutrix, incitatric ad pulcherrima quævis, et maxime durabilia perpetuaque. Nam nihil eorum, quæ hac continentur, vel fluxum, vel obnoxium est interitui; sed æternum, corruptionis et interitus expertum; D æternis et corruptionis ac interitus expertibus conveniens. Omnia namque spiritualia sunt, eaque propter et æterna, et bona, et immota: quæ et potentiora ducenda sunt corporeis, velut ad vitam hanc pertinentibus, nec alterius sese porrigentibus.

XII.

Repugnare dogmatis Ecclesiæ, perinde est, ac si quis velit stimulis calces impingere. Quapropter hoc facientibus longum valere justis, si corrigi nequeant; eorum mihi furorem aspicio, in quale malum præcipites ipsos agat. Quippe dum calcibus Ecclesiam Dei ferire volunt, quam ipse suo sanguine acquisivit, nihil agunt aliud, quam quod audacia quadam insanis a se metipsum pedes cruentant. At ego volo scias, illa dogmata portum quasi

Γ.

Αὐτόθεν δῆλον τὸ βῆθησόμενον· λεπτέον δῆ. Ὁ τὸν Θεὸν ἀγαπᾷ οὐ θέλων ὑπὸ τῶν αὐτοῦ μισεῖται κτισμάτων. Ὁ μὴ φοβούμενος αὐτὸν ὀρθῶδες καὶ τὰς σκιάς τῶν πραγμάτων. Ὁ μὴ τοὺς ἐκείνου φυλάττων νόμους, καὶ μέγας ἦ, καὶ λαμπρὸς, καὶ πάσης ἢ σοφίας πεπληρωμένος, οὐχ ἔξει μὲν τοὺς πειθόμενους αὐτοῦ τοὺς δόγμασι, δουλεύσει δὲ μᾶλλον ἐκεῖνος; ἀνδραπόδων οὐκ ἀμείνοσιν. Οὐκοῦν ὁ θέλων εὐνοίας ἔχειν, ὧν ἀρχει, εὐνοίας ὧν διατελείτω τῷ πνοῆς πάσης κρατοῦντι, καὶ ζωὴν παρέχοντι, καὶ πρὸς τὰγαθὸν κινοῦντι πᾶσαν ψυχὴν. Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. Καὶ, αὐτὸς ἔστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν καὶ τὸ θέλειν, καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, ὁ θεὸς ἀπεφῆναιτο Παῦλος.

ΙΑ'.

Σὲ πρὸ πάντων ἀγειν δεῖ τὴν σὲ πρὸ πάντων ἀγούσαν Ἐκκλησίαν, πάντα σοι μετὰ Θεὸν γιγνομένην. Αὐτὴ σοι μήτηρ, τίτηρ, διδάσκαλος, κλάστης, ἀλείπτρις, ὁδὸς, καὶ ὁδηγὸς, καὶ συνεργὸς, καὶ παράκλησις, πρὸς ὃ τι κάλλιστόν τε καὶ μονιμώτατον. Οὐδὲν γὰρ τῶν ἐκείνης λῆξιν δεχομένων ἢ ἐπίκτηρον ἢ φθαρτόν ἐστιν, ἀλλ' ἀίδιον, ἀκήρατον, ἀφθαρτον, αἰδίους, καὶ ἀκηράτους, καὶ ἀφθάρτους προσήκον. Καὶ γὰρ τὰ πάντα πνευματικά· καὶ διὰ τοῦτο αἰώνια, καὶ ἀγαθὰ, καὶ ἀκίνητα· ἃ καὶ προτιμᾶσθαι δεῖ τῶν σωματικῶν, ὡς συγκεκληρωμένων τῇ παρῴσῃ ζωῇ καὶ πλέον ὄντων μηδέν.

ΙΒ'.

Ἴσον τῷ πρὸς κέντρα λατρεῖν τὸ πολεμεῖν τῆς Ἐκκλησίας τοῖς δόγμασι. Χαίρειν οὖν τοῖς τοῦτο ποιοῦσιν εἰρηκῶς, εἴπερ οὐκ ἐνὸν αὐτοὺς διορθώσασθαι, ὅρα μοι τὴν τούτων μανίαν, εἰς ὅσον τούτους κακὸν ἐνέβαλε. Ἀδὲ γὰρ παῖν ἐθέλουσι τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, ἣν ἰδίῳ αἵματι περιεποιήσατο, οὐδὲν ἄλλο λείπεται τούτοις, ἢ αἱμάττειν πόδας ἰδίους παρφορᾶς θρασυτήτι. Σὺ δέ μοι ταῦτα ἐπίστασο λιμένας τε καὶ πρόβολον, καὶ ἀμυντήριον ὄπλον. Νικᾶς γὰρ

quemdam esse ac propugnaculum, scutumque. A defensionis aptissimum. Quippe cum adversantium invicem sibi cogitationum nimbis obruimur, ubi primum ad ea confugimus, serenitatem puram invenimus. Per eadem licet omnem linguam superbam, nosque mendacis adgredientem, abigere. Quis igitur Ecclesiam, quæ causam talium taurorumque bonorum præbet, valde diligens atque solvens, et ad eam pertinentibus nimio opere benefaciens, debitam ei gratiam retulerit?

XIII.

Insigniter et expedit et pulchrum est, nihil agere mali. Quippe quidam quasi gradus ad virtutem est malorum exterminatio. Melius, boni quid agere. Principia namque fines comitantur. Pulcherrimum, rem maximam feliciter efficientem, Deo præclarum facinus acceptum ferre: sine quo nihil boni fieri potest. Qui præditus virtute, modeste se gerit; splendidiorem reddit animum. At iis qui propter facinora sua (quæ sane magna sint, et admirabilia) magnifice semet efferunt, metuendum, ne laudabilia gerentes, ipsi sibi detrimento potius sint quam commodo. Quippe Deum adversum experientur, et (ut prophætæ verbis utamur) quo pacto subsistere poterunt?

XIV.

Malum est, boni quidpiam non facere, cujus efficiendi facultas aderat. Non enim frustra creati sumus, nec ut in otio vitam transeamus, planeque nulli simus usui, lapidum instar in jurgie jacentium. Pejus, improbe agere: nam ad opera bona conditi sumus. Pessimum, ubi quid mali perpetraveris, id operam dare, ut culpam in alium conferas. Id malum primis illis humani generis parentibus plus nocuit, quam quod initio legem violassent. Nimirum non malum malo, quod aiunt, quæsi de industria rem noxiam semper cumulemus; sed aut quod bonum est, agamus, aut saltem mali quid designantes, nobis id ipsum ascribamus. Nam bonus est, quicumque vult; et qui vult, malus.

XV.

Admonet Isocrates sententia quadam sua, dandum operam, ut omnibus jucundum te præbeas; at optimis utendum. Ea cum laude digna sententia sit, verum non itidem facilis, scita commonstranda est ratio, qua præstari possit. Nam se quisque meliorem existimat aliis, dignumque censet, qui majores et honores et munera consequatur; adeoque difficillimum factu, gratus ut omnibus habere. Sed enim strenue laborandum, expendendæ pecuniæ, dexteritate quadam utendum, ut egregie rem præstes. Nam qui maxima quædam appetit, non tantum admirari causas, sed eniti quoque debet, ut adipiscatur.

XVI.

Nunc id dicendum venit, quod et per se dictu pulchrum est, et oratoris sententiam comprobatur. Nemini denegato, quibus ipse dignus est; sed esto popularis erga universos, atque aditu facilis; et

βαλλόμενοι λογισμῶν ἐναντίων, εὐθὺς αὐτοῦ κατὰ-ξυντες, λευκὴν γαλήνην εὐρίσκομεν. Ἐξεσι δὲ γε τούτοις ἀποσοβεῖν καὶ πᾶσαν ὑπερήφανον γλώσσαν ψευδέσι ῥήμασιν ἐπιούσαν. Τίς ἂν οὖν τὴν Ἐκκλησίαν, τοιούτων τε καὶ τηλικούτων αἰτίαν οὖσαν, σφόδρα φιλῶν τε καὶ περιθάλπων, καὶ ἀγαθῶν ὑπεροβὴν τοῖς πρὸς ἐκείνην ἐπιδεικνύμενος, ἀποδῶ τῆν γιγνομένην ἐκείνῃ χάριν;

II'.

Λυσitelés γε καὶ καλὸν μηθέν τι τῶν κακῶν ἐνεργεῖν. Οἶον γὰρ τίς βᾶσις εἰς ἀρετὴν ἢ τῶν πονηρῶν ἐκκοπή. Κρεῖττον ἐργάσασθαι τι χρηστόν. Ἀρχαῖς γὰρ ἐπαται τέλη. Κάλιστον, τι μέγιστον κατορθοῦντα, τῷ Θεῷ λογιζέσθαι τὸ κατορθώμα· οὐ χωρὶς οὐδὲν ἐστι γενέσθαι τῶν ἀγαθῶν. Ὁ μετράζων ἐπ' ἀρετῆ λαμπρὰν ἐργάζεται τὴν ψυχὴν. Τοῖς δὲ δὴ μέγα φρονοῦσιν ἐπὶ τοῖς αὐτῶν κατορθώμασιν (ἔστω δὲ μεγάλα καὶ θαυμαστά) θεός ἐστὶ μὴ μᾶλλον βλάψαιεν σφᾶς αὐτούς, ἢ ὠφέλησαιεν κατορθοῦντες. Ἐξοῦσι τὸ Θεῶν ἀντιταττέμενον, καὶ κατὰ τὸν ἐκπόντα προφήτην, πῶς ἂν δύναιτο στήναι;

IIA'.

Ἐπειδὴν ἐξῆ τι πράττειν καλόν, καὶ τὸ μὴ πράξει τούτο κακόν. Οὐδὲ γὰρ μάτην παρήχθημεν, οὐδ' ἀργῶς διαβῖναι, καὶ ἀχρήτως ἔχειν ἐξῆς ἅπαντα, κατὰ τοὺς ἐν τῷ βυθῷ λίθους. Χείρον ἐργάσασθαι πονηρόν. Ἐπ' ἀγαθοῖς γὰρ ἐργοῖς ἐπέλασθημεν. Κάλιστον, ποιήσαντα φαῦλον, ἀνατιθέναι τιτὶ τὴν μέμψιν ἐπιχειρεῖν. Τούτο τὸ κακὸν τοὺς προπάτορας μᾶλλον ἐβλάψεν, ἢ τὸ τὴν ἀρχὴν παρασθῆναι· μὴ δὴ κακῶ τὸ κακόν, φασὶν, ὥσπερ ἐξέπληθες τὸ βλάπτον ἀεὶ προσαυξόντες· ἀλλ' ἢ ποιῶμεν ἀγαθόν, ἢ γούν τὸ κακὸν ἐργαζόμενοι, ἡμῖν αὐτοῖς· αὐτὸ περιάπτωμεν. Καλὸς γὰρ ἅπας ὁ θέλων· καὶ κακός γε ὁ βουλόμενος.

IIE'.

Ἴσοκράτης διδῶσι γνώμην, ἔχειν μὲν ἡδέως πρὸς ἅπαντας παραινοῦσαν· χρῆσθαι δὲ τοῖς βελτίστοις. Δεῖ δὲ τῆς γνώμης οὐσης ἐπαινετῆς, οὐ μὴν γε ῥηδίας, σοφὴν τιν' ἐπιστήμην ἐνδείκνυσθαι πρὸς τὴν ἐκείνης ἐκπλήρωσιν. Οἴεται γὰρ ἕκαστος εἶναι τῶν ἄλλων ἀμείνων, καὶ μειζρόνων ἀξιοὶ τιμῶν καὶ δώρων τυγχάνειν· καὶ γίνεται παγχάλεπον ἡδὺν νομίζεσθαι πᾶσι. Δεῖ μέντοι πόνοις ἐγκαρτερεῖν, καὶ χρήματα ἀναλίσκειν, καὶ δεξιότητι χρῆσθαι, ὅπως τοῦτ' κατορθώσῃς. Τὸν γὰρ μεγίστων ἐρῶντα οὐ χρὴ θαυμάζειν μόνον τὰ αἴτια, ἀλλὰ καὶ κτᾶσθαι σπουδάζειν.

IIG'.

Μέλλει νῦν εἰρήσεσθαι, ὃ καὶ καθ' αὐτὸ ρηθῆναι καλόν, καὶ τῆς τοῦ ῥήτορος γνώμης συστατικόν· Μηδένα τῶν αὐτῷ πρεπόντων ἀποστειρεῖν, ἀλλ' εἶναι μὲν σε πᾶσι κοινόν, εἶναι δὲ εὐπρόσιτον· μεταδιδ

δόντα μὲν τιμῆς, μεταδιδόντα δὲ ἀστυότητος, καὶ ἄ
προσοδοιοῦντα πᾶσιν ὡς ἔξεστι. Καὶ δεῖσαν ἀνα-
λοκεῖν ὑπὲρ ἀνθρώπων, χαίροντα τούτο ποιεῖν,
ὄπως μεγαλοφυχίας, ἀλλ' οὐκ ἀνάγκης τοῦργον νο-
μίζοιτο. Οἷς μὲντ' ἂν αὐτὸς ἡσθεῖης ἕνεκά σου πα-
πραγμένους ὑπὸ τοῦ φίλου, τούτοις χρῆσθαι πρὸς
τοὺς ἑτέρους. Οὕτω πολλὴν ὡς μάλιστα, καὶ κελὴν
οὐχ ἥμισυ σαυτῷ φίλαν ἐπισωρεύσεις.

IZ.

Ἄμελει γε κίχτεινο δοκεῖ συμβαίνειν τῆδε τῇ
γνώμη. Χρῆ γὰρ, οἶμαι, τοὺς παραινούντας συνοῖσον
ἔργον ἀπίκτεσθαι, κἂν ὡσι φαῦλοι: τὴν τύχην, καὶ
μηδαμῶθεν σοι γνώριμοι. Ἦν δὲ τις βλάψον συμ-
βουλεύῃ τι, εἰ μὲν ὡς ἐξαπατῶν, τὰ τῶν ἐχθίστων
ἐργάζεται: εἰ δὲ δι' ἀγνοίαν, εὐνοῦς ὢν, τῆς μὲν
ἀγαθῆς προαιρέσεως ἐπαινεῖσθω (ταύτη καὶ τὰ παρ'
ἡμῶν πρὸς Θεὸν κρίνεται)· τῆς δ' εὐθελείας μῆτε
ἐξουθενείσθω, μῆτε ἐπιτιμάσθω. Οὐδὲ γὰρ ὁ Θεὸς
κρινῶν καθοδεῖται ἀνοήτους καὶ μεταγχιλῶντας
ἀνθρώπους.

IH.

Νυν. σοι τόνδε τὸν τρόπον οἰ τῶν ἀνδρῶν ἄριστοί
τε καὶ χρήσιμοι, καὶ οἱ τούτων ἐναντίοι, γένοιντ'
ἂν, οἶμαι, καταφανεῖς, ὅπερ ὠφέλιμον ἔρχουσι μά-
λιστα πάντων ἐστί. Διεξετάσας τὰς τούτων σχέσεις,
τὰς πρὸς τὸ Θεῖον, τὰς πρὸς τὸν βίον, τὰς πρὸς τοὺς
φίλους, τὰς εἰς τοὺς καθ' αἷμα προσήκοντας, καὶ
εἰς τοὺς πολίτας καὶ ξένους, καὶ ὡς αὐτοῖς γε σφίσι
τὰ καθ' αὐτοὺς ὠκονόμητο, καὶ τίσι μὲν χαίρουσιν,
ἐφ' οἷς δὲ ἀσχάλλουσι, τὰς τῶνδε φύσεις εὐρήσεις.
Καὶ μοι μηδένα μισήσας, τοὺς φιλητέους φιλήσεις:
καὶ χρώμενος οἷς ἄμεινον, οὐκ ἀμελήσεις τῶν ἄλ-
λων. Οὕτω καὶ κοσμίως φιλήσεις, καὶ ἐν τῷ φιλεῖν
καὶ φιλεῖσθαι διαμενεῖς. Ὁ γὰρ εὐχερῶς συναπτό-
μενος εὐχερέστερον διίσταται. Τούτο δὲ φευκτέον
νοῦν ἔχουσιν.

IΘ.

Ὁ μὲν μηδενὶ πιστεύων ῥιθίως ἂν αὐτόθεν αὐτὸν
ὀλέσειε: πάντες γὰρ ἀλλήλων δεόμεθα, εἰ μέλλει
διαρκέσειν ἡμῖν τὸ ζῆν: τὸ πᾶσι δ' αὖ πιστεύειν
ἐλθῆριον, οὐκ ὄν δυνατόν ἀφραστάναι τὴν κακίαν τοῦδε
τοῦ βίου. Οὐκοῦν ἀπόλων ἅπας, ὁ πᾶσι τε πι-
στεύων, καὶ μηδενί. Ὅντοιον δὲ δυοῖν θανασίμοιον,
εἰ ἀναγκαῖαν θεῖη τις τούτων τὴν αἴρεσιν, κρείσσον
παθεῖν ἀπὸ τοῦ θαρβέειν, ἢ τοῦ πάντας ὑποπτεῦειν
ἐξῆς ἀνθρώπους. Ἐκεῖνο γὰρ ἀπλότητος ἀμέτρου
τεκμήριον: τοῦτο δὲ ὑπερβαλλούσης πονηρίας ἀπό-
δειξις ἐναργής· καὶ πονηρίας τὸ πολλοστέον πᾶσαν
ἀφέλειαν κάτω τιθῆσιν ἕνεκα τοῦ βλαβεροῦ, τὴν
ἀμιλλαν ἐργαζόμενον. Ὅλως δὲ ἐνταῦθα τὸ κακὸν
τῆ μὲν ἀπλότητι διὰ τὴν ὑπερβολὴν, οὐ τὴν φύσιν,
τῆ δὲ πονηρίᾳ κατ' ἄμφω.

K.

Ἐποφύγων δεδειγμένων τῶν περὶ τῆς πρὸς ἄλ-
λήλους πίστεως ἀκροτήτων, δεόν ὄν μέσην βαδίσαι·
λέγω δὴ τίσι πιστεύειν, καὶ τίσι ἀπιστεῖν τὸν μὴ
θατέρω τῶν κακῶν διαφαρῆσθαι μέλλοντα: ὄπως

A honorem impertiens, et urbanitatem adhibens, et
universis, quantum potes, succurrens. Quod si
hominum causa eroganda pecunia fuerit, hoc et
lætus et hilaris facies: ut opus ipsum magnani-
mitatis, non coactionis existimetur. Quæ ab amico
tua causa præstita, voluptati tibi forent: ea fac
aliis exhibeas. Sic et amplam in primis nec minus
honestam tibi cumulabis amicitiam.

XVII.

Uidetur et illud ad hanc certe pertinere senten-
tiam. Arbitror enim eos, qui rem conducibilem
monendo suggerunt, amplectendos esse; quamvis
fortunæ sint tenuis homines, quamvis ex re nulla
tibi noti. Sin quis noxium quidpiam tibi consulat,
B si quidem ut decipiat, hostis atrocis officium
facit: sin per ignorationem, ceteroqui benevolus,
propositi boni nomine laudetur (nam ex eo nostra
quoque Deus æstimat), ob incautam vero simplici-
tatem nec contemptui sit, nec reprehendatur.
Quippe ne Deus quidem pro tribunali sedebit, ut
de stultis et insanis hominibus sententiam ferat.

XVIII.

Et hoc quidem modo viros tam optimos et utiles,
quam eorum dissimiles, inculente satis (ut equidem
arbitror) agnosces: quod principibus viris in
primis est utile. Nempe cum exploraveris, quo
pacto sint erga Deum affecti, quo pacto comparata
ipsorum vita, quo pacto se gerant erga amicos,
C erga sanguine junctos, erga cives et extraneos, quo
pacto res ipsi suas administraverint, et quibus oblec-
tentur, a quibus abhorreant: tum vero naturas eorum
deprehendes. Diligendos diliges, neminem odio prose-
quens: et illis utens, quibus uti præstat, ceteros
non negliges. Sic et rite diliges, et perpetuo tum
ipse diliges, tum diligeris. Nam qui alteri facile
jungitur, facilius ab eodem se disjungit. Hoc autem
vitandum mente præditis.

XIX.

Libitum cui fuerit, habere nemini fidem, is facile
seipsum hoc pacto perdiderit. Nam omnino indi-
gemus alter alterius, si vitam incolumen nobis esse
volumus. E diverso fidem omnibus adhibere, per-
niciosum est, cum fieri nequeat, ut ab hac vita
D improbitas absit. Perit ergo, quisquis omnibus cre-
dit, et nemini. Cum autem utrumque sit exitiale,
si necessario sit eligendum alterutrum, præstat
aliquid ob fiduciam pati, quam omnes prorsus ho-
mines suspectos habendo. Nam illud immediate
simplicitatis est indicium; hoc evidens nimie pra-
vitatatis argumentum. Minima vero pravitatatis pars
omnem simplicitatem superat, nihil non studio no-
cendi moliens. Et omnino vitiosa simplicitas est,
non natura, sed quia nimia: pravitas autem, utra-
que de causa.

XX.

In ea fide, quam alter adhibemus alteri, cum ex
trema demonstratum sit esse vituperabilia, media
incedendum via; quibusdam scilicet ut credat, et
quibusdam non credat, qui malorum alterutro cog-

rumpi nolit. Bonis fidem adhibebis, vitabis malos. Quippe si bonis fidem non habueris, omnino malis credes, cum necesse sit, aliquibus credere: contraque, quam fieri par erat, aut diffidens, aut credens, quibus non debebas; facile corrumperis, et gravius quidem, quam cogitare possis. Etenim farina de frumento, duobus comminuto lapidibus, efficitur: horum vero, non dicam amborum, sed alterutrius seorsum mira perdendi vis est.

XXI.

Omnino tibi certus amicus est, qui admissus in societatem rerum gerendarum, blanditias ei, quod expedit, postponit. Qui vero gratiæ captandæ, quæ sit nocitura, servit, nihil ab odio persequentibus et hostibus ipsis differt: siquidem non etiam pejor est hostibus, qui assentando decipit, mentemque tantam non corrumpit. Imo præterquam quod noxius est, etiam hac illos in parte superat. Hostes enim molesti sunt nobis atque graves, et quisque sic comparati sumus, ut re molestiam nobis exhibente liberari cupiamus. At hic, etiam cum nocet, jucundus esse putatur, ideoque potius amorem, quam odium merevi videtur. Hostis præterea fieri potest: ut reconciliatur, nec eo minus, ut prosteratur: hic vero, cum latitare possit, extra omnem teli jactum consistit, et ad fraudem sese convertit, absumens a quibus alitur, et in eosdem belluino more sæviens. Atque hoc sane gravissimum est, quod fallendo lucrificat; lucrificando, in fraudem allicit: æ proinde malum modo non in infinitum progreditur.

XXII.

Ad decus pratorum flores pertinent: cælum, sidera, principem studium veritatis ornat. Ac navium quidem robur in carina consistit; ædium, in fundamento: ejus autem, cui perpetuo curæ populorum est et urbium salus, in hoc, ut quidquid adnuerit capite, vel ipsis servetur hostibus, quod existimare debeat, ne vivendum quidem sibi, violata fide. Verax autem reapse ducetur, non qui promissorum præstationem convertit in quæstum, ut ex ea vel alat sese, vel opes consequatur. Nam cum finis ei propositus, non ipsa per se veritas, sed pecunia sit: sic ubi verum sibi non futurum emolumento putaverit, mox pedibus ab eo proculcantur omnia pacta conventa, omne promissum, instrumentum omne, quidquid actum denique: simul sacramenta præstita pro nihilo ducuntur, et quidquid animis terrorem metu religionis injici, tantum ne jactura pecuniæ fiat. Itaque vere veritatem amore prosequitur, non qui habet eam quæstui, sed qui mendacium, malitiam, fraudem odit, ut res odio per se dignas. Nam ipsum mentiri, multiforme quiddam est: et oportet eos, qui ab ejus immunes esse varietate versutiaque volunt, charæ nimirum veritatis amatores, et cogitationes suas, et nutus, e actiones, ab omni mendacio factis ipsis asserere, juxtaque verbum illud, quod jurare vetat, servanda fide seipsos vincere.

XXIII.

Non aliter atque ferrum, rubiginem, æmulus et invidus animus odium, fraudem aliaque talia gi-

A πιστεύσεις τοῖς ἀγαθοῖς, τοὺς πονηροὺς διαφύλαττόμενος. Ἦν γὰρ ἀπιστήσης τοῖς ἀγαθοῖς, πιστεύσεις πάντως τοῖς πονηροῖς, ἀνάγκης οὐσης τίσι πιστεύειν· καὶ ἐναλλάξ τῷ πρέποντι χρώμενος, ἀπιστῶν γε καὶ πιστεύων ὡς οὐ δέον, εὐχερῶς διαφθορήσῃ, ὅσον οὐδ' ἐνθυμηθῆναι σε ῥάδιον· πυροὶ γὰρ ἀλευρα γίνονται, δυσὶ θρυπτόμενοι λίθοις· τοῦτω δὲ οὐχ ὅπως ἄμφω, ἀλλὰ καὶ χωρὶς ἐκάτερον ὀλέσαι δεινόν.

KA'.

Ἡ που φίλος σοι σαφῆς, ὃς κοινωνῶν σοι τῶν ἔργων, κατόπιν τοῦ συνοίσοντος αἰεὶ τὸ χάριεν τίθησιν. Ὁ δὲ πρὸς χάριν βλάβουσαν ὑπηρετούμενος μισούντων τε καὶ πολεμίων αὐτῶν οὐδὲν διενήνοχεν, εἰ μὴ καὶ τοὺς ἐχθροὺς ὑπερήλασε, κολακείαις πλανῶν, καὶ μονονουχί τῶν νῦν λυμαινόμενος. Οὐ μὴν ἀλλὰ κἀν τῷδε τῷ μέρει ἐκείνων μάλα πλεονεκτεῖ πρὸς τῷ βλαβερόσιν εἶναι. Ἐκείνοι γὰρ ἡμῖν λυπηροὶ, καὶ τοῦ λυποῦντος ἀπαλλαξέοντες ἐσμεν ἕκαστος· ὁ δὲ καὶ βλάπτων ἡδὺς νομίζεται· καὶ διὰ τοῦτο φιλητέος γε μᾶλλον ἢ μισητέος δοκεῖ. Καὶ τὸν μὲν ἐχθρὸν καὶ καταλλάξαι δυνατόν, καὶ κατενεγκεῖν οὐκ ἀδύνατον· οὗτος δὲ λανθάνειν δυνάμενος, ἔστηκεν ἔξω βελῶν· πρὸς δὲ τὴν ἀπάτην ἐπεκτείνεται, ἐξ ὧν τρέφεται λυθώμενος, καὶ κατ' αὐτῶν θηριούμενος. Καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ μάλα δεινόν, ὅτι τῷ μὲν ἀπατᾶν κερδαίνει, τῷ δὲ κερδαίνειν παρακαλεῖται πρὸς τὴν ἀπάτην· καὶ λοιπὸν ἐπ' ἀπειρον μονονουχί τὸ κακὸν πρόβεισιν.

C

KB'.

Λειμῶνας μὲν ἄνθη κοσμεῖ· καὶ οὐρανὸν ἀστέρων χοροὶ· τὸ δὲ φιλόληθες ἀρχοντα. Καὶ τρόπις μὲν ἡ δύνναμις ναυσί· καὶ θεμέλιος οἴκιος· ὧ δὲ φρονεῖς ἐστὶν ἀληθὲς σῶζεσθαι λαοὺς τε καὶ πόλεις, ὅτι κεν κεφαλῇ κατανεύσῃ, πιστὸν εἶναι καὶ πολεμίοις, οἰομένῳ οὐκ ἄξιον αὐτῷ τὸ ζῆν ψευσαμένῳ. Ἀληθὲς δ' ὄντως νομίζοιτο οὐχ ὁ τάληθεύειν ἐμπειρίαν ποιούμενος, ἐν' ἐκ τοῦδε τρέφοιτο καὶ πλουτεῖ. Τέλος γὰρ οὐ τὴν ἀλήθειαν καθ' αὐτήν, ἀλλὰ τὰργύριον ἔχοντι, δόξην τάληθες οὐκ ὠφέλιμον, καταπεπάρτηται μὲν εὐθύς τῷ τοιούτῳ συνθῆκαι πάσαι, πᾶς λόγος, πᾶν γραμματεῖον, πᾶν ἔργον· καταπεφρόνηται δὲ ὄρκοι, καὶ ὁ τι περ φριτεῖν ποιεῖ, ὥστε μόνον μὴ γενέσθαι τὰργύριον ἔλαττον. Ἀληθῶς οὖν ἀληθείας ἐραστῆς, οὐχ ὁ κατηλεύων αὐτήν, ἀλλ' ὅτι μισητὸν τὸ ψεῦδος, καὶ χακοθήθεια, καὶ δόλος, ἅτε καθ' αὐτὰ μίσους ἄξια. Ἔστι γὰρ τὸ ψεῦδεσθαι τι πολύμορφον· καὶ δεῖ τῆς τούτου καθαρῆς ποιικιλίας, τῆς φίλης ἀληθείας τοὺς ἐραστὰς, καὶ λογισμὸν, καὶ νεῦμα, καὶ πρᾶξιν, ἀψευστα τοῖς ἔργοις δεικνύναι, καὶ κατὰ λόγον, ὄρκους οὐ συγχωροῦντα, πιστοτέρους ἑαυτῶν φαίνεσθαι.

Ἰὸν μὲν σίδηρος τίττει, μίσος δὲ καὶ δόλον, καὶ τὰ τοιαῦτα, ψυχὴ ζηλεύει· τε καὶ φθορεῖ. Ὅμοῦ

KI'.

Ἰὸν μὲν σίδηρος τίττει, μίσος δὲ καὶ δόλον, καὶ τὰ τοιαῦτα, ψυχὴ ζηλεύει· τε καὶ φθορεῖ. Ὅμοῦ

ὅτι ταῦτα λυμáινεται μὲν καὶ τοὺς ἐκτὸς ἐστὶν ὅτι, καθ' ὅσον ἂν ἐκείνων καθάψαιτο· τοὺς δὲ τεκόντας αὐτοὺς οὐκ ἔσο' ὅπως μὴ τῷ χρόνῳ παντελῶς ἀναλώσειεν, ἐντετηκότα διηνεκῶς, καὶ δρῶντα ὃ πέφυκε δρᾶν. Ἄλλ' ἐκείνῳ μὲν ἀκούσιον τὸ διαφθεῖρον αὐτόν· τοῦτ' ὃ οὐκ ἀγνοοῦσιν ἐπιφύεται. Καὶ διὰ τοῦτο χειρὸν τὸ κατ' ἡμᾶς, καὶ σχεδὸν συγγνώμης οὐκ ἔξιον. Γίγνεται γὰρ παραπλήσιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐθέλων ὄντινον ἐμπρῆσαι τῶν ἐχθρῶν, καταδέξαιτο ξύλον γενέσθαι, καὶ δοθῆναι τῷ πυρὶ, ὥστε τὸν μισοῦμενον κατακαῦσαι. Ἄντικρυς ὁ φθόνος σατανικόν. Οὐ γὰρ ἐκείνος τὴν κόλασιν καταδέχεται, ἢ διὰ τὸ κολασθῆναι τινὰς ποιῆσαι. Καὶ μὴν καὶ ἄρρων ὁ φθόνων. Τὸ μὲν γὰρ αὐτὸν ἀναλίσκεσθαι ἀναγκαῖως γίγνεται· τὸ φθαροῦναι δὲ τὸν ἄλλον οὐκ εὐθελον. Ἐπεὶ καὶ ξύλα μὲν πολλὰ πολλάκις, οἶμαι, τετέφρωται· τὴν δὲ οὐκ εὐπρηστον ὕλην οὐκ ἐξανάλωσε. Γεννᾶ δὲ φθόνος τὸν δόλον, καὶ συκοφανσίαν, καὶ μίσην, αὐτὸς τῷ ζήλῳ γεννώμενος. Πλὴν οὐτε τῶν μεγίστων πρὸς τοὺς ἄγαν φαυλοτέρους, ἐν ᾧ γε μείζους εἶσιν, ὁ φθόνος πάθος ἐστίν, οὔτε μὴ τῶν παμπληθῆς ἐλασσόνων πρὸς τοὺς ὑπερέχοντας σφόδρα, οὔτε τῶν χρωμένων ἐπιτηδεύμασι· διισταμένοις ἀλλήλων, ἀλλὰ τῶν ἐρίζειν πρὸς ἀλλήλους δυναμένων, καὶ δοκούντων ἐλαττοῦσθαι τῇ τῶν ἀμιλλωμένων λαμπρότητι.

Gignit. Ea conjuncta, nonnunquam illa quidem et aliis afferunt exitium, prout eos impetiverint : at ipsos auctores, fieri non potest, quin paulatim prorsus absumant ; animis scilicet infixa perpetuo, quodque natura solent, efficientia. Sed enim ferum quasi per vim a rubiginē corrumpitur, at istud non ignorantes adoritur ; ideoque malum hoc nostrum pejus est, ac prope veniam nullam meretur. Quippe consimile quiddam accidit, ac si quis hostem quemcunque concremare volens, lignum fieri sustineat, ac igni tradi, quo conflagret is, quem odio persequitur. Procul dubio Satanicum quiddam est invidia. Quippe Satanas aliam nullam ob culpam plectitur, quam quod efficit, ut alii plectantur. Quin et amens est, qui laborat invidia ; nam quin absumatur ipse, fieri nullo modo potest : an autem exitium sit adlaturus alteri, certo non constat ; quando quidem et vim lignorum magnam sæpius in cineres redactam scimus, cum interim materiam crematu difficilem non absumpsisset. Gignit autem invidia fraudem, et calumniam, et odium, cum ipsa procreetur ab æmulatione. Verum invidiæ vitio nec amplissimi laborant erga tenuis admodum conditionis homines, quod his ipsi majores sint ; nec omnibus rebus inferiores, erga plurimum eminentes ; nec ii, qui professiones et studia diversa sectantur : sed in eos cadit, qui possunt inter sese contendere, perque splendorem adversariorum sibi quid decedere putant.

ΚΔ'.

Ὡς ἀγαμαι τὸν φεύγοντα τὰς ὑπερβολάς. Καὶ λόγοι μάλα σοφῶν συνιστῶσί μου τὸν ἔρωτα τουτοῖ. Μέτρον γὰρ ἀριστον, καὶ Μηδὲν ἄγαν, καὶ ἕτερα τοιαῦτα. Ὡστε τὸ-μεμετρημένον καὶ μέσον ἀκρότης τρόπον ἕτερον πρὸς τὸ ἀγαθὸν γίγνεται. Συνάδει δὲ τοῖς λόγοις τὰ πράγματα, καὶ δείκνυσι κάκεινο μάλα λαμπρῶς. Κακοήθης γὰρ ἄνθρωπος καὶ εὐθήης, ἐς ἔσχατον ἀλλήλων διεστηκότας, ὁμοῦ ἄμφω κακῶ. Καὶ οὐδὲν κωλύει τὸ ἐναντίως ἔχειν, οὐκ ἐπαινετὸ ἕμα εἶναι. Εἰ δὲ τις φεύγοι μὲν πονηρίαν, φεύγοι δὲ ἀφέλειαν, νοῦν ἔχων μετ' εὐθύτητος εὐρεθήσεται, καὶ ἔσται παντάπασιν ἀγαθός. Ὡστε τὰ πέρατα κακὰ, καὶ τὰ μέσα τούναντιον ἀγαθὰ. Ἐπεὶ τὸ φθονεῖν τοῖς τῶν ἀρίστων ἀνδραγαθήμασι, καὶ τούναντιον μὴ δάκνεσθαι, ἄπερ ἐναντίως διάκεινται, ὑπὸ μεγίστην αἰτίαν ὄντα τυγχάνει. Τὸ μὲν γὰρ ἀρχαιότατον δεινόν, θάτερον δὲ μαλακόν· καὶ ἀμφοτέρα βλαβερά, δι' οὐδὲν ἕτερον οἶμαι, ἢ τὸ πρὸς τὴν ἀμετρίαν ἄκρως ἀφίχθαι· ἐπεὶ γε τὸ ζηλότυπον ψιλῶς ἐμπεφυκὸς τῇ ψυχῇ δι' ἐπαίνων ἔρωτα, οὔτε πρὸς φθόνον ὑπερελάσαν, καὶ τὴν ἀναγῆσιαν, ἐφ' οἷς οὐ δέον, διαφυγόν· μεσότης, οἶμαι, γένοιτ' ἂν τουτωνῶν τῶν ἐναντιῶν κακῶν, καὶ κριθήσεται χρηστόν. Εἴη γὰρ ἂν δηπουθεν φρονήματος καρπός, παρακαλοῦντος εἰς ἀρετὴν· εἰ γε διδῶς εἶναι τοιοῦτον τὸ μὴ καθεῦδειν δύνασθαι τὸν Θεμιστοκλέα τῷ Μιλτιάδου τροπαίῳ ἐακνόμενον. Erit enim fructus animositatis, ad virtutem impellentis, siquidem esse dabis ejusmodi, quod Themistocles, Miltiadiis tropæo stimulatus, somnum capere non potuit.

XXIV.

Non possum non amplecti hominem vitantem, quidquid est nimium. Atque hunc amorem meum dicta sapientissimorum confirmant, modum esse rem optimam : et Ne quid nimis, aliaque talia. Quo fit, ut quod modum habet, et medium qui est, alio quodam modo boni respectu fiat extremum. Verbis ipsæ res consentiunt, et in primis hoc rem totam clare probat. Homo namque malitiosus et stolidus, licet extreme distent alter ab altero, tamen ambo mali sunt ; nec quod invicem sibi adversantur, quo minus simul ambo laudis expertes sint, impedit. At si quis et malitiam devitet, et stolidam simplicitatem, is cum dexteritate mentem habere deprehendetur, et omnino bonus erit. Unde constat, fines esse malos, et media, vice versa, bona. Rursus, invidere præstantissimorum fortibus factis, et e contrario nullum sentire stimulum, quæ invicem sibi adversantur, maxime vituperabilia sunt. Illud enim malum est antiquissimum : hoc alterum a mollitie proficiscitur : utraque noxia, nullam (opinor) ob aliam causam, nisi quod ad nimium extreme tendant. Nam æmulatio, simpliciter animo propter cupiditatem laudis insita, si nec ad invidiam exorbitet, ac stuporem doloris omnis vacuum, ubi doloris sensus abesse non debebat, evitet : medium quiddam fuerit, opinor, inter hæc vitia contraria ; proque re bona ducetur.

XXV.

Id existimabis esse malum involuntarium, quod per ignorationem duntaxat admissum est, cum perpetranti bonum videretur. Nam quod pudore sit, aut hortatu alterius, aut vi quacunquē, non pure involuntarium est. Non enim si quid violentum est, vel impellendi vel illiciendi vim habens, vel quid aliud ejusmodi; continuo visum est honestum illi esse, qui perpetravit, propter hanc appendicem, quod aliis malis sit levius. Quamobrem nisi quis opinione deceptus, malum cum bonum faciat, non facit ignorans. Quod autem ex ignoracione non proficiscitur, non est involuntarium, velut ab initio dictum. Quin etiam quod bona conscientia non agitur, etiamsi mali mensuram non attingat; longe tamen pejus est re vel omnium pessima gravissimaque si nobis ea nolentibus accidat. Itaque mali nihil agamus, ut majori malo modicamur: sed quæcunquē fieri possunt humanitus, facere studeamus, ut ne quid mali sponte nostra nobis accessamus. Quorum autem effectio, solius est in Dei sita potestate, ea Deo, bona spe freti, permitamus: et quidquid ipse dederit, animo grato feramus.

XXVI.

utare debes, neminem hominum, ne illorum quidem, qui majore potestate præditi sunt, vel abjectissimum lædere posse, nisi Deus permittat, vel iratus, vel nostram ad utilitatem respiciens. Is enim et pilos nostros numeratos habet, et tam passerum quam viliorum quoque rerum curam gerit. Quæ cum ita sint, quis animæ quasi manus injicere possit, vel uni saltem ejus facultati, vel affectioni bonæ, licet adhibeat promissa, minas, vim denique; si non ipsa prius assentiatur, et corruptelæ labem admittat? Et quid ego de homine loquor? ne quidem illi nectendis dolis vaferrimi spiritus hoc possunt. Quapropter ea primum agentes, quæ justa et consentanea sunt, deinde Deo freti, non terroribus, non vi, non illecebri a recta semita deflectamus. Quod si vitiis aliquando succubuerimus (vix enim in angelos immunitas ab omni lapsu cadit), nobis ipsis peccatum ascribamus, nisi per ignoracionem prorsus accidit. Nam iis, qui malum esse norant, ac nihilominus ob aliquam causam admiserint, excusatio nulla superat.

XXVII.

Arbitrare cor tuum, bonum quasi quoddam solum esse per se, quod ob ariditatem illam naturæ communem (de peccato primorum parentum loquor, propter quod omni sexcidimus gratia), nihil boni producat. Deinde per baptismum, velut aratum quoddam, repurgatum esse Deo; et per irrigationem unguenti, de duro mole factum, et odoris loco, nihil habentis grati, odorem fragrantiorum consecutum; mandata denique divina, quasi quoddam semen, accepisse; quod intra se jactum, vi poculi mensæque sacræ nutriat, incrementum et maturitatem perducat atque conservet. Per lolium autem

A

KE'.

Ἀκούσιον κακὸν νομιζέσθαι σοι τὸ μόνον πεπραγμένον κατ' ἄγνοιαν, καλὸν γὰρ τῷ ποιοῦντι νομιζόμενον. Τὸ γὰρ δι' αἰσχρόνῃ γιγνόμενον ἢ πρὸς παράκλησιν, ἢ πρὸς ἐπιούν βίαιον, οὐ καθαρῶς ἀκούσιον. Οὐ γὰρ ὁ τι βίαιον, ἢ παρακλητικόν, ἢ ἐφελκτικόν ἄλλως, ἢ ἑτερόν τι τοιοῦτον, παρὰ τοῦτο καὶ καλὸν τῷ πεπραχότι δίδοται· τῇ παραθέσει κορυφότερον ἐτέρων οἶμαι κακῶν, ὥστ' εἰ μὴ τις τὸ κακὸν ὡς καλὸν ἐργάζοιτο, οὐκ ἀγνοῶν ἐργάζεται. Καὶ τὸ μὴ κατ' ἄγνοιαν οὐκ ἀκούσιον, ὡς περ τὴν ἀρχὴν εἴρηται. Καὶ μὴν τὸ μὴ κατὰ συνείδησιν ἀγαθὴν ἐνεργούμενον, κἂν ἀνευθῶς πρὸς τὸ κακὸν ἔχη, χειρόν ἐστι μεθ' ὑπερβολῆς τοῦ χειρίστου τε καὶ χαλεπώτερον τῶν πάντων, ἐπειδὴν μὴ βουλομένοις ἡμῖν ἐπέλθοι. Μὴ τοίνυν πράττωμεν κακὸν, ἐπὶ τῷ λῦσαι μείζον· ἀλλ' ὅσα μὲν εἰς ἀνθρώπου ἡκεί, ἀγαπῶμεν πράττοντες, ὡς μὴ τι μήσαιμεν κακῶν ἐκόντες ὄντες ἡμῖν αὐτοῖς. Ὡν δὲ τελέσαι Κύριος μόνος; ὁ Θεὸς ἐστι, ταυτὶ δὲ ἐκείνῃ καταλιμπάνωμεν μετ' ἐλπιδῶν ἀγαθῶν· καὶ ὅπερ ἂν αὐτὸς διδῷ, εὐχαρίστως φέρωμεν.

B

KΓ'.

Νόμιζε μηδένα ἀνθρώπων, καὶ τῶν τὴν μείζω δύναμιν κεκτημένων, δύνασθαι βλάψαι καὶ τὸν φιλότατον, μὴ συγχωροῦντος τοῦ κρείττους, ἢ δι' ὀργήν, ἢ πρὸς τὸ ἡμέτερον ἀφορώντος συμφέρον. Ἐκείνῃ γὰρ καὶ τριχῆς ἠρίθμηνται, καὶ τῶν στρουθίων φροντίς; ἐστὶ, καὶ φουλοτέρων πραγμάτων. Ὅτε δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, τίς ἂν ψυχῆς καθάψαιτο, ἢ τοῦν μιά; ταύτης δυνάμεως, ἢ διαθέσεως χρηστοτέρας, κἂν ὑπιγνήται, κἂν ἀπειλῇ, κἂν βιάζῃται, μὴ συνθεμένης πρῶτον αὐτῆς, καὶ προστριβεῖται τῇ λύμῃ; Ἀλλὰ τί τὸν ἀνθρώπον λέγω; οὐδ' αὐτὰ τὰ κακουργεῖν σοφώτατα πνεύματα τοῦτο δύναται. Ὅστε τὰ γιγνόμενα πρῶτον πράττοντες, εἶτα Θεῷ θαρρήσαντες, μὴ φόβου, μὴ βίας, μὴ δειλάσματος παρενεχθῶμεν τῆς ἀτραπού. Ἄν δὲ τοῦ γε φανῶμεν ἦτους οὐ καλῶν ἔργων (μάλιστα γὰρ ἀγγέλων τὸ ἀπταιστον), ἡμῖν αὐτοῖς τὴν ἀμαρτίαν ἀναθετόν, εἰ μὴ κατ' ἄγνοιαν ὄλωσ γέγονεν. Εἰδῶσι γὰρ αὐτὴν κακὸν, διὰ τι δ' οὖν ἐνεργήσασιν, οὐ λείπεται παραίτησις.

D

KZ'.

Νόει μοι τὴν σὴν καρδίαν οἶονε· χρησίμην γῆν τὸ καθ' αὐτὴν οὔσαν, καὶ τῷ κοινῷ τῆς φύσεως αὐχμῷ (λέγω δὴ τὴν προπατορικὴν ἀμαρτίαν, δι' ἣν τῆς χάριτος ἐκπεπιώκαμεν) φύουσαν μηδὲν ἴγιός. Εἶτα τῷ βαπτισματι ὡς περ ἀρότρω τινὶ ἀνακαθαρθείσαν Θεῷ, καὶ τῇ τοῦ μύρου ἀρδείᾳ ἀπὸ σκληρᾶς εἰς ἀπαλὴν μετενηνεγμένην, καὶ ἐξ ὄσμῆς οὐδὲν ἐχούσης χάριεν εἰς εὐωδεστέραν ἐλθοῦσαν· σπόρον δὲ τὰς ἐντολὰς δεξαμένην· καὶ τῇ τοῦ ποτηρίου δυνάμει, καὶ τῆς τραπέζης, τρέφουσαν καὶ αὔξουσαν τὸ καταβληθὲν, καὶ τειλειούταν, καὶ διασώζουσαν. Ζιζάνια δὲ τῶν ἐχθρῶν τὰς ὑπερβολὰς.

καὶ τὰς μηχανὰς, οὐκ ἤττον οἶμαι τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων, ἢ τὰς τῶν δαιμόνων αὐτῶν· ὧν καιρὸς εἰς τὸ σπαρῆναι τὸ τῆς διανοίας ἡμῶν ἀμελές ἐστι. Πρὸς γε τὴν αὖξιν ἡ δύναμις τὸ πρὸς τὰς ἐπιτολάς ὀλιγώρως ἡμᾶς ἔχειν. "Ὅτε τὸ κακὸν ἀληθῶς μάλλον ἡμέτερόν ἐστι, τῶν ἐκκελυμένων καὶ ἀναπεπτωκότων, ἢ τῶν ἐξωθεν ἐχθρῶν, οἷς ἡ τῆς λύμης ἰσχὺς ἢ τῶν ἐκείνουσιν δεχομένων χανόντης πάντως ἐστίν.

ΚΗ'.

"Ἡ τῶν ἐφ' ἡμῖν ὄν τὸ τε πεπεῖσθαι τοῖς δαίμοσι καὶ τοῖς φθόροις ἀνθρώποις, τὸ τε διαπτύσαι τὰ τούτων βουλευματα, παραινούτων ἡμῖν τὰ χεῖριστα. Τὸ τὸν αὐτῶν αἰτιᾶσθαι φθόνον, καὶ τὸ κακότηδες ἡμᾶς αὐτοὺς αἰτία; ἐλευθεροῦντας, ἐπειδὴν τι τῶν κακῶν ἐνεργῶμεν, ματαία σκῆψις καὶ λῆρος ἔσχατος. Οὐδεὶς γὰρ οὐδεπώποτε ἂν ἐπεισεν οὐδένα πάντων ἀνθρώπων, μὴ βεβουλημένον πεισθῆναι. Πῶς γὰρ; "Ὅτε γνῶμης τὸ πεπεῖσθαι. Τοῦτο δὲ ἐκούσιον καὶ ἡμέτερον, οὗ τῶν θύραθεν. Εἰ μὲν οὖν πρὸς βίαν ἡμῖν ἐγίνετο τὸ πεπεῖσθαι, ἄλλοσ ἂν σοι παρ' ἡμῶν ἐγένετο λόγος· ἐπειδὴ δὲ προαιρέσεως ἡμετέρας, ταύτης δὲ κύριος μόνος ὁ κεκτημένος, ἀγαπητὰ τὰ λεχθέντα. Ἄρχει γὰρ ταῦτα δεῖξαι τὸν ἀνθρωπὸν ἀγαθόν, ἢ ἐθέλη, καὶ κακὸν γινόμενον, ὅτι θέλει· ὅπερ ἔδει πάντως δεδειχθαι. Καταγελαστέον δὴ τὰ τοὺς πολλοὺς κηλοῦντα καὶ δεδιτόμενα, καὶ δοκεῖτω δικαῖα μὲν μόνον ἐκεῖνα, ἅττα δὴ τὸν ἀγαθὸν ἡμῖν συνάπτειν δεσπότην, φευκτὰ δὲ πάντα καὶ φοβερά, ὅσα τὴν μόνον φοβερὸν συγκροοῦν ἡμῖν δύναται.

conciliare, fugienda vero esse ac terribilia, quæcumque solum illum terribilem adversum nos concitare possunt.

ΚΘ'.

V. Post hæc, nudam civibus Thessalonicam Murates incolis instructam cupiebat, ideoque diversis in locis commorantes Thessalonicenses in eandem revocabat. Inter hos, qui Thessalonicam repetierant, postea vero suum in eam reditum damnabant, cum Murates aliquot annis elapsis post excidium, ingressus urbem, promissa Thessalonicensibus non servaret, noster Anagnosta fuit. Tradit hæc cap. 19: Porro abiire præcones, inquires, ad multa illius ditionis loca, ut dictum est, quos reperere Thessalonicenses, qui ante nonnullos annos rerum angustiis pressi ex ea secesserant, etiam vi reduces secere, captivos item quoquo modo in libertatem vindicatos. Ibidem paulo post: Opinabamur vero, urbem rursus pristinum decorem recepturam, et pietatem novis floribus emeruram, et, ut antea, longe lateque divagaturam. Et forte effectum habuisset, ni rursus meorum delictorum copia obstidisset, datusque esset locus improbitati. Ex quo enim civitas captivitate pressa fuerat, et Murates omnia, et ædificia, et possessiones, et sacra templa, et monasteria, et eorum reditus, nobis revertentibus quoquo modo liberis factis magnifice et scripto, et sermone elargitus est, et locis ex omnibus advenientibus libertatem palam edixit, et suas domus, et quæcumque immobilium omnes recuperarunt, et ordo omnis, et gens universa civitatis secundo augeri renovarique haud improspere cæpere, et pastor urbis creatus, et Ecclesia constitit suis institutis conspicua, et monachi monasteria tenuerunt, et studiose admodum eorum augmentis inhiabant, omnesque spe lactuabamur bona et, ut breviter me expediam, propter excidium nobis malorum illatorum memoria amissa, gaudebamur pro iis, quæ nobis insperato obtigerant, et pristinam felicitatem tranquillitatemque consecuturam urbem sperabamus; tum ex nobis, ut proverbio fertur, lorum sumptum est, et, quæ expectabantur bona, in contrarium reciderunt. Cap. 20: Nam Thessalonicam repetens Murates [secundus tum currebat vel tertius post excidium annus] ut eam inviseret, accuratiusque res illius addisceret, et bonis illius frueretur, et muneribus munificis contenderet cum suo progenitore, illiusque vestigiis insisteret: qui Thessalonica potitus gratias innumeratas largitionesque maximas fecit: hac, inquam, fretus mente, illiusque exsequendæ causa veniens, postmodum malis aliorum monitionibus distractus, consilium pristinamque sententiam mutat: et quæ, quo capti sumus tempore, non peregit, eo temporis perficere constituit. Igitur, licet ille diceret, ideo se venisse ut urbem et singula illius circumspiceret, otioque et laboris remissione uteretur, bonisque illius ad saturitatem luxuriaretur, sique non minus in eam benevole affectus, meliora speranda nobis in posterum relinqueret; nihilominus primum-mandatum dedit, quod nec per somnium quidem quispiam expectasset. Id autem erat, monasteria omnia templaque occupanda, eorum reditus omnes possessionesque auferendas, et in angustum oppido res nostras cogendas. Quod non multo post factum est ab illis insigniter. Cap. 21: Nunc porro, qui a longioribus oris illius, compotes fieri desiderio exardebant, eos sui desiderii, sed et nos quoque in eam reditionis pœnitet; cum spes melioris status penitus sublata sit. Ubi notes, auctorem nostrum capite 20, cum sit dubius, altero an tertio anno, post urbis Thessalonicensis excidium, id est annum Christi 1430, res, quas hoc loco narrat, acciderint; facere nobis aliquod indicium, eas se litteris commisisse post annos ab expugnata Thessalonica plures, quam tres ut, quoto anno gestæ fuerint, exacte non amplius recordari potuerit. Unde, non tantum anno Christi 1433, sed etiam aliquot annis post in vivis Anagnostam nostrum exstitisse colligas.

Joannis Anagnostæ scripta. De rebus Constantinopolitanorum Macedonicis.

VI. Ad quemdam virum laudabilem, cujus nomen silentio tegit, narrationem de extremo excidio Thessalonicæ scripsit. Hoc libello narrat, et obsidionem, et expugnationem istius urbis Macedonum primariæ, quam imperio Cpolitano subjectam, cum adversus Turcas Cpolitani defendere satis non possent, Venetorum potestati subditam, anno imperatoris Joannis Palæologi Junioris 12, Christi 1430, Murates II Turcarum princeps dominio Turcico subiecit. Prodiit Græce et Latine, interprete Leone Allatio, in eisdem Symmictis, Colonix Agrippinæ per Jodocum Kalcovium, MDCLIII, iy. 8.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ

ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ

ΤΕΛΕΥΤΑΙΑΣ ΑΛΩΣΕΩΣ ΤΗΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΣΥΝΤΕΘΕΙΣΑ

ΠΡΟΣ ΤΙΝΑ ΤΩΝ ΑΞΙΟΛΟΓΩΝ ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ ΑΙΤΗΣΑΝΤΑ ΠΕΡΙ ΤΑΥΤΗΣ, ΕΝ ΕΠΙΤΟΜΩ.

JOANNIS ANAGNOSTÆ

NARRATIO

DE EXTREMO THESSALONICENSI EXCIDIO

IN GRATIAM CUJUSDAM LAUDABILIS VIRI, QUI SÆPIUS EAM EFFLAGITAVIT, COMPENDIO CONCINNATA.

(Ex Leonis Allatii *Symmictis*, p. 318.)

1. Multa equidem nobis sæpenumero et alia gnava-
rum tuum atque industrium animum palam indi-
carunt, vir optime et doctrinarum studiosissime;
non minus vero erga eorum narrationem quæ per-
illustri antea urbi Thessalonicensium contigerunt
conatus, et ad ea enarranda ponendaque sub oculis,
ut nobis licet integrumque est, prudentia incita-
menta. Hæc namque manifesto pervulgant quo
pacto ad necessarias disciplinas dispositus sit ani-
mus tuus, et historiis ac sermonibus, quibus homi-
nes ad meliora deflectantur, incumbens, totus in
futura mutarique nescia plane ingeratur. Verum-
tamen, licet id studium sua laude et admiratione
non careat, attamen, quicunque sapit pleno pectore,
non illius æstimationis esse ducet, te illis, qui arte
dicendi plurimum valent et ante omnia perpetuo
scribendo tempus insumunt, neglectis, mihi parum
considerate, homini segni inertique et ad scriben-
dum plane ineptissimo, nec non rebus laudabilibus
comparandis prorsus hebeti, eam provinciam de-
mandasse, consimilem, ut reor, apibus, quæ dum
principia mellis emungere compelluntur, uttradunt,
suave odoratis floribus desertis thymum, herbam
acritudine plenam nulliusque prorsus odoris com-
potem, circumvolitant. Sed gravis res est amicitia,
omnes ab se irretitos omnia amicorum gratia et
agere et dicere vi quadam cogens, et a multis ema-
nantem laudem illis conciliare sueta, hoc siquidem
te et ad tantam rem nobis persuadendum, præco-
nia ex auditoribus nobis forte procurantem inde-
que placita amicitia conferentem, compulit. Ego
porro silentium tanquam minus periculosum elegis-

α'. Πολλὰ μὲν ἡμῖν πολλάκις καὶ ἄλλα τὸ τῆς
ψυχῆς σου φιλόπονον ἀριδῆλως ἐγνώρισεν, ἀνδρῶν
ἄριστε καὶ φιλομαθέστατε, οὐχ ἦτον δὲ καὶ ἡ πρὸς
τὴν διήγησιν τῶν ἡδὴ τῆ περιφανεί τὸ πρότερον πό-
λει Θεσσαλονίκη συμβεβηκότων σπουδῆ σου, καὶ τὸ
λόγοις ἡμᾶς συνετῶς ἀγαν ἔχουσι διεγείραι, ταύτην
ὡς ἂν ἐπιδηλὸν σοι κατὰ δύναμιν θέσθαι τὴν ἡμετέ-
ραν σπουδασόμεν καὶ ὡσπερ ὑπ' ὄψιν ἀγάγωμεν.
Δείκνυσι γάρ σου περιφανῶς τὴν ψυχὴν, περὶ τὴν
τῶν ἀναγκαίων ὅπως μάθησιν ἔχει, καὶ ὡς ἐκ τοῦ
προσέχειν ἱστορίας καὶ λόγοις, οἷς ἄνθρωποι πρὸς
τὰ κρείττω σαφῶς μετατίθενται, τῶν μελλόντων ὅλη
καὶ μὴ μετισταμένω καθίσταται. Πλὴν ἀλλ' οὕτω
θαυμασίας ὕψους γε τῆς σπουδῆς, ἐκεῖνο πᾶς ἰστι-
σοῦν εὖ φρονῶν, τῶν οὐκ ἐπαινουμένων ἂν οἰηθείη
ὅτι γε τοὺς εἰς ἄκρον δυνάμειος λόγων ἐληλαχότας
παραδραμῶν, καὶ προὔργου παντὸς τὸ λογογραφεῖν
ἀεὶ ποιοῦμένους, ἐμοὶ τὴν τοσαύτην ἐγγείρησιν ἀπε-
ρισκεπτῶς ἀνέθου, νωθρότητι διανοίας ἀμαθῶς ἀλη-
θῶς ἔχοντι περὶ λόγους καὶ πρὸς πᾶσαν ἡντινοῦν
ἀγαθῶν κτῆσιν βραθυμοῦντι καθάπαξ. Καὶ τρυτὸν
οἶμαι πέπονθας ταῖς μελλοσαιῆ ὅτε τὰς ἀρχὰς ζη-
τεῖν τοῦ μέλιτος κατεπέλγονται· παρατρέχουσι μὲν
γὰρ, ὡς φασί, τῶν ἀνθέων τὰ εὐοσμία, ἐπιπταναὶ δὲ
τῷ θύμῳ, φυτῷ δριμύτητος; γέμοντι καὶ λίαν ἀνό-
σμη. Ἀλλὰ δεῖνὸν ἡ φιλία, πάντας ἀπλῶς τοὺς ἐπι-
σημένους γε ταύτη πάντα καὶ λέγειν ὅπερ τῶν φί-
λων καὶ πράττειν πρὸς βίαν κινουῦσα, τὸν παρὰ τῶν
πολλῶν ἐπαινοῦν αὐτοῖς προξενεῖν εἰσθυῖα. Τοῦτο
γὰρ ἦν τὸ καὶ σὲ τοσοῦτον ἡμᾶς ἀναπέσαι κατα-
ναγκάσαν, τὴν ἐκ τῶν ἀκούστων ἡμῖν εὐφημίαν
ἴσως προσηγέσθαι βεβουλημένον, κἀντεῦθεν τῆ φι-

λίβ' χαρίσασθαι. Ἐγὼ μὲν οὖν βουλομένη ἂν τὴν Α σωπῆ ὡς ἀκίνδυνον μάλλον ἐλέσθαι καὶ τὴν παρούσαν ὑπόθεσιν, ὡς τὴν ἐμὴν ὑπερβαίνουσαν δύναμιν, παραιτησάσθαι πᾶν δικαίως· λαβὼν δ' ἐπὶ νοῦν τῆς ἀπειθείας τὸν κίνδυνον ὅσος, καὶ διὰ τοῦτ' εἰς ἀνάγκην συνελθούσης ἀπαραιτήτων, δεῖν ὄμνην ἔσομον ἐμαυτὸν παρασχεῖν σου τῇ ἀξιώσει καὶ σου τοῦπίταγμα πεπληρωμένα ὡς δύναμις. Κάπειδήπερ ἐπικλιῆς ἐγὼ καὶ εὐγνώμων πρὸς τὸ ζητούμενον ὤφθην σοι, καὶ σὴν χάριν ὣν οὐκ ἐβουλόμην κατατετολημῆναι προφηρημαί, δίκαιον ἂν εἴη καὶ σὲ τῆς ἐγχειρήσεως ταύτης ἡμῖν ταῖς εὐχαῖς συνεφάσασθαι, ἵν' ὀδηγηθέντες, καὶ δύναμιν ἔσχηκότες λόγου καὶ διανοίας ὀξύτητα, τῆς σῆς φανώμεν ἕξια ἐπιθυμίας ἐργάσασθαι καὶ μηδὲ τὴν ὑπόθεσιν καθυβρίζωμεν. Παρακαλῶ δὲ καὶ πάντας τοὺς ἰνευθευμένους τῷ Β πάσης ἀμουσίας πεπληρωμένῳ τῷδε συγγράμματι συγγνώμην ἡμῖν παρασχεῖν ἐξ ἑτοίμου, τὴν ἡμετέραν εὐπίθειαν ἀποδεξαμένους. Οὐ γὰρ δύναμις λόγων τεθαβρῆκότες ἐπὶ τοῦτο προήγημα, ἵνα καὶ μέψιν σχῶμεν δικαίως παρὰ τοῦ βουλομένου παντὸς; (πολλοῦ γε καὶ γὰρ δέομεν τοῦ λόγου εἰδέναι καὶ τούτοις γε χρῆσθαι κατ' ἐπιστήμην θαρραῖν), τῇ δ' ἐπιταγῇ τοῦ προσεταχότος ἡμῖν, καὶ τῷ μὴ μέψιν ἔχειν εἰ τις τὴν ἑαυτοῦ πρὸς τι τῶν ἀναγκαίων ἐνδείκνυται δύναμιν, ἀνεγκλήτων εἶναι οἰόμενοι πανταχοῦ τὸ πᾶνθ' ἵντινοῦν μὴ πρὸς ἐπίδειξιν, πρὸς δὲ τὸ μὴ τάφῳ σιγῆς παραπέμπεσθαι τὰ πρὸς ἀκρόασιν ἕξια, τοῖς κατὰ δύναμιν ἐγχειρεῖν λόγοις ἐκάστοτε. Ποιήσομαι δὲ τὸν λόγον ἀπλοῦν τε καὶ εὐληπτον, ἀλλὰ δὴ καὶ συνεσταλμένον ὡς τὰ πολλὰ κατὰ τὸν οὖν λόγον, τὰναγκαῖα μόνον περιλαβὼν, καὶ ὅσα δὴ παρεθέντα ζημία σοι λογισθήσεται πρὸς ἀκρόασιν κεχηγότει.

β'. Εἰ μὲν οὖν τις ἐτύχχανε ὣν τῶν οὐκ εἰδῶν τὴν πόλιν, τὰ καθ' ἑκάστον τε ἡγνοῖας αὐτῆς ὡσπερ οἱ πρῶτον ἐξ ἀλλοδαπῆς εἰς ἑτέραν μετακίχσαντες πόλιν, ἕως ἂν τὸ τοῦ χρόνου μήκος, ταύτην αὐτοῖς κατὰ μέρος γνωρίσειεν, ἔδαμην λόγων ἂν ἐναυθῆα μακρῶν, ἵνα μὴδὲν τῶν τῆς πόλεως τὴν σὴν διαφύγη γνῶσιν. Ἐπεὶ δὲ πρὸς θέματα ταύτης τὸν λόγον ποιῶμαι καὶ ἀκριθέστερον ἢ πολλοὺς ἄλλους τὰ κατ' αὐτὴν ἐγνωκότα, μάτην οἱ μακροὶ περὶ τούτων λόγοι καὶ ἡ περὶ τῆς θέσεως μεγέθους τε καὶ κάλλους; καὶ τευχῶν ἀσφαλείας καὶ προσέτι τοῦ εὐ κερῆσθαι καὶ τῶν ἄλλων ἀκρίβεια, καὶ μάλιστα ὅτι πρὸ μακρῶν ἔτων τὰ περὶ τῆς πόλεως ἕτεροι φιλοτόνω; ἄγαν δύναμις λόγου καὶ ῥητορικῆς εὐγλωτίας δεινότητι; ἡκριδιώμενος; ἐξέθιντο, καὶ μετὰ τὴν πρῶτην πασῶν εἰπέιν λαμπροτέραν πολλαῖς ἀποδείξεσιν ἀποφῆναι ταύτην ἔσοπούσασαν. Ἐκαίνοις δ' ἐμαυτὸν ἔγωγε μόνον διηγούμενος δώσω, ὧν περ ἡ πόλις ἐν τῷ τῆς νῦν ἀλώσεως χρόνῳ πεπεράτο, καθάπερ ἔφησεν καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς, μικρὸν πρὸ ταύτης ἀπάρας ἐνθόθεν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ κακὸν οὐκ εἰδῶς ἀκριθῶς; ὅπως κευώρηκε. Τὰ τῶν Λατίνων γὰρ οἶδ' ὅτι καὶ αὐτοῖς οἶσθα σαφέστατα τῇ πόλει παρῶν καὶ καθ' ἑκάστην ὁρῶν τὰ γινόμενα.

Ἐπασχεν οὖν τῶν Λατίνων κρατούντων ἡ πόλις

sem, et praesens argumentum veluti vires meas exsperans alio, nec immerito, amandasset; sed mente revolvens quæ sint contumaciæ pericula, proptereaque inevitabili vi constrictus, necessarium mihi dixi nemetipsum petitioni tuæ tradere mandatumque tuum pro viribus adimplere. Et dum ego proclivis et obsequens efflagitatis obtempero, et tui gratia, a quibus mihi longe animus est, aggredi praesumo, justum fuerit te quoque in partem similis laboris precibus atque supplicationibus ad Deum venire, ut directus et dicendi facultate instructus et acumine ingenii fultus dignum quidpiam tuo desiderio persolvam, argumentumque infamia non aspergam. Rogo vero universos qui hæc percurrerint, elingui planeque rudi commentario, nostrum obsequium prompte amplexatos, veniam dare. Neque enim dicendi facultate confisi ad hoc devenimus; tum enim, et jure, insimularemur a quolibet, cui id complacitum fuerit; nam quam longissime a sermonibus eorumque scientia absumus; tantum abest ut eade eorum usum nobis promittere audeamus; sed imperanti obtemperantes, et quod accusationi non subsistat si quis propriam facultatem ad aliquid ex necessariis expediendum experiaur, crimine vacare existimantes quemcumque, non sui ostentandi causa, sed ne quæ digna auditione reputantur silentii tenebris involvantur, singulis horis, in facultas est, scripto tradere. Exit itaque sermo simplex ac facilis et ut plurimum, dum sic admones, compendiosos, necessaria tantummodo complectens; quæ vero tacuerit, a te, qui dicentis orationem auribus devoras, inter damna reputabuntur.

2. Si quis itaque esses rerum urbis imprudens ignarusque omnium, quemadmodum qui primum ex alienis regionibus peregrinantes, terrarum in quas appellunt infantissimi sunt, donec decursa temporis singula illius addiscant, prolixis mihi opus esset sermonibus, ne quid eorum quæ in urbe sunt tuam scientiam fugeret: verumtamen cum ad illius alumnus sermonem dirigam eumque qui præ aliis multis accuratius res illius caller, frustra hic verbosi sermones instituerentur, deque illius situ, magnitudine, pulchritudine, murorum securitate, nec non optima aeris temperie, aliorumque ratio exquisita proponeretur; eoque potissimum quod ante plerisque annos alii res urbis quam maxime studiosè, et dicendi facultate et eloquentiæ Atticæ luminibus, doctè exacteque prosecuti, post regnum omnium, ut ita dicam, illustriorem multis demonstrationibus declarare conati sunt; ipse vero ea sollemniter complectar, quæ hæc civitas hoc sui exidii tempore passa est, inque nobis paulo ante quam ex ea discederes insinuas, proptereaque infortunii quod eam oppressit non admodum guarus, res siquidem Latinorum tu etiam, cum in urbe quotidie quæ gererentur conspiceres, optime (nec fallor) tenes.

Urbs itaque in Latinorum ditionem redacta, cum,

ut tu cate nosti, tantum malorum sustineret et di-
ris quotidie exitiis undique confertis affligeretur, A
et sermones multi conferrentur quonam pacto ex
tot malis emergere possemus, nullum remedium
occurrebat, nec aderat Aurruncus. Neque enim
Turcæ cum Latinis fœdus iniere, licet sæpius legatio-
ne missa id pertentassent, supplicesque etiam rogas-
sent; neque erat in nostra potestate, copiis nostris
in angustum oppido coactis et discordantibus votis
ab unanimi sententia convulsis, 'aliquid agere, ut
tute etiam nosti, qui una nobiscum eras, malorum
perinde atque alii expertus.

3. Cum itaque res nostræ ita se haberent, et sin-
gula momenta innumeras prope noxas inferrent,
deque salute desperarem, malum aliud repente
irrupit, et validiorem adamante animum disjiciens, B
boni scilicet pastoris et, æque ac primus pastor,
quotidie profuse animam ponentis, divino consilio
obitus, illi quidem fortunate succedens, nobis vero
damna, eaque ingentia, concilians, qui illius ad
Deum precibus, quibus salutis nostræ providebatur,
privamur. Et divino consilio illum contigisse con-
jicies ex illis quæ illi adhuc superstiti inter som-
niantium evenerant. Visus est sibi, antequam urbs
bello concideret, domum præclaram et maximam
ingresso, singulas illius partes inspicere et decora
ac magnitudinem magnopere demirari; his intentum
vocem, de foris advenientem inaudisse: « Domus hæc,
cujus partes singulas illustres atque venustas con-
siderans admiraris, actutum concidet; et ne te sua
ruina opprimat, quam cito foras eripe te. » Visum C
hoc effectu non multo post comprobatum est. Ille
etenim ut justus appareret et virtutis suæ multorum
laborum præmia referret, sic, uti par erat, et ante
commune infortunium, ad Deum, quem tantopere
concupiverat, migravit. Neque enim justum apud
Deum reputabatur similitum malorum eum partici-
pem fieri, vita siquidem illius non erat similis aliis,
et semitæ immutata, ut cum Salomone loquar. Nos
vero improbitate plane repleti, et in cogitationi-
bus cordis nostri pessimi ambulantes, ut Jeremias
inquit, et perinde atque antiquus Israel murmu-
rantes, ut nobis allubescit, rebus non succedenti-
bus, jure merito mala ac solida calamitate macta-
mur, et tali viro orbamur qui solus afflictissimis D
hiscæ temporibus in tantis rerum discriminibus so-
ladium remanserat, omnes siquidem eum uti vita-
lem in nobis facultatem reputabamus, illiusque
mortem tantummodo ducebamus adversus nos
justissimæ numinis punitionis exordium. Hoc eos
redarguit apertissime qui indigna dicta in eum in-
gerunt et infamia onerant, quod prodicionem non
suaserit, et quod eos propriis consiliis, altius quid-
piam meditatus, jure represserit. Opinor equidem
ego, cum vellet Deus ut omnibus innotesceret quis
vir ille sacer esset et quorum dignus, qui vero nos
et quibus pœnis obnoxii, quibus miseris juste
exeruciandi, id propter res utriusque in rem utri-
que disposuisse.

ὡς οἶδας, καὶ ὁσημέραι θλίψεις ἡμῖν ἐπήγοντο παν-
ταχόθεν, καὶ λόγων πολλῶν παρ' ἐκάστοις πῶς ἔν
ἀναθειμὲν γιγνομένων τρόπος ἦν οὐδ' ὅστι·σοῦν ὁ
τούτων ἡμᾶς τῶν δεινῶν ἀπαλλάξων. Οὕτε γὰρ οἱ
Τούρκοι τοῖς Λατίνοις ἐβούλοντο σπείσασθαι πολλὰ-
κις προσθευσαμένοις περὶ τούτου καὶ δεηθεῖσιν, οὐδ'
ἡμῖν ἐξῆν πρᾶξι τὸ κατὰ γνώμην, ὀλίγοις ἔγαν κα
θεστηκόσι καὶ ἀνισότητι γνώμης ἀποδεδηκόσι τὸ
ὁμοσεῖν, ὡς ἄρα καὶ σοὶ γνώριμον τοῦτο σὺν ἡμῖν
γε ἔντι καὶ τῶν δεινῶν ἐκείνων τοῖς ἄλλοις παραπλη-
σίως εἰληφότι τὴν πείραν.

γ'. Οὕτως οὖν ἡμῖν ἔχουσιν, ὅσοι τε ὦραι μυρία
τὰ χαλεπὰ φέρουσι καὶ τὴν σωτηρίαν ἀπαγορεύου-
σιν, κακὸν ἐξαίφνης ἐπέλθον ἕτερον καὶ στερότερον
B εἰπεῖν ἀδάμαντος πληξάν ψυχῆν. Τὸ δ' ἦν ἡ τοῦ κα-
λοῦ ποιμένος καὶ κατὰ τὸν πρῶτον ποιμένα τῆν ψυ-
χῆν ἐφ' ἐκάστης ἀφειδῶς ὑπὲρ τοῦ ποιμένου τιθέντος
κατὰ θεῖον βούλημα τελευτῆ, ἐν καλῷ μὲν ἐκείνῳ γε-
γεννημένη, βλάβος δ' ἡμῖν ἐπενεγκούσα πολὺ, τῶν
ἐκείνου λιτῶν πρὸς θεὸν στερηθεῖσιν, αἷς ἐσωζόμε-
θα. Ὅτι δὲ κατὰ θεῖαν αὐτῆ βούλησιν ἦν, ἄκουε τοῦ
φανέντος τῷ μακαρίῳ περιόντι κατ' ἄναρ ἐκείνῳ.
Ἔδοξε πρὸ τοῦ τῆν πόλιν τῆν πολέμῳ ληφθῆναι οἶκόν
τινα λαμπρὸν εἰσιέναι καὶ παμμεγέθη, περισκοπεῖν
τε αὐτὸν κατὰ μέρος καὶ θαυμάζειν αὐτοῦ τὸ τε κάλ-
λος καὶ μέγεθος, ἐν τούτῳ δ' ἔντι φωνῆν ἐξωθεν
ἐνεχθῆναι λέγουσαν « Ὁ μὲν οἶκος οὗτος, οὐ τὰ καθ'
ἕκαστον, ὡ δέσποτα, ὡς λίαν λαμπρὰ καὶ ὠραῖα
θαυμάζεις περιθερῶν, πίπτει τὸ τάχος, καὶ ἵνα μὴ
C σε καλύψῃ πεσῶν, ἐξίθι τούτου ταχέως. » Οὕτως εἰ-
χεν ἡ ὄψις, καὶ εἰς ἔργον ἦκεν οὐκ εἰς μακρὰν.
Ἐκείνος μὲν γάρ, ἵνα ἀναφανῆ δίκαιος καὶ τῶν
πολλῶν τῆς ἀρετῆς ἐκείνου καμάτων λάβῃ τὰς ἀντι-
δόσεις, εἰκότως οὕτω καὶ πρὸ τῆς κοινῆς συμφορᾶς,
πρὸς δὲ ἐπόθει Κύριον ἐξεδήμησεν. Οὐ γὰρ δίκαιον
τοῦτο παρὰ Θεῷ κέρριτο, τοιοῦτων ἵνα κακῶν πεί-
ραν σχῆ καὶ κοινωνήσῃ τῶν ἴσων ἡμῖν· ἀνόμοιος γὰρ
ἦν τοῖς ἄλλοις ὁ βίος ἐκείνου καὶ ἐξηλλαγμένοι αἱ
τρίβοι, τὸ Σολομώντος εἰπεῖν. Ἡμεῖς δὲ κακίας γέ-
μοντες ὄλω, καὶ ὁπίσω τῶν ἐνδομημάτων τῆς καρ-
δία· ἡμῶν τῆς πονηρᾶς, τοῦτο δη τὸ τοῦ Ἱερεμίου,
πορευόμενοι, καὶ κατὰ τὸν πάλαι γογγυσταὶ τυγχά-
νοντες Ἰσραὴλ, κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπιθυμίαν ἀπι-
D λαύειν ὅπως οὐκ ἔχωμεν τῶν πραγμάτων, δικαίως
οὕτω πεπράγαμεν δυστυχέστατα, καὶ τοῦτου τάνδρῆς
ἐστερήμεθα, μόνου περιλεφθέντος ἐν τοιοῦτοις και-
ροῖς καὶ τοσοῦτοις ἀναροῖς εἰς παραμύθιον. Πάντες
γὰρ ὡσπερ τινὰ δύνημιζ ζωτικὴν ἐν ἡμῖν ἐνομιζο-
μεν τοῦτον, καὶ τὴν τελευτὴν ἐκείνου μηδὲν ἄλλο
νομίζεμεν εἰχομεν ἢ τῆς ἐφ' ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ δικαιοσύ-
νης παιδείας ὅλον προοίμιον. Τοῦτο τῶν κατεπεῖν
ἡρημένων ἐκείνου σαφέστατος ἔλεγχος, καὶ τοὺς ἀδι-
κίαν κατ' ἐκείνου λαλοῦντας ὅτι μὴ προδοσίαν ἐσκέ-
ψατο, μηδὲ τῶν σφίσι δοκούντων συνιέντας βαθύτε-
ρον, ἐνδίκως ἐπιστομίζει. Οἶμαι γὰρ ἐγὼ, δεῖξει
βουληθεῖς ὁ Θεὸς ὅπως μὲν ὁ ἱερὸς ἐκείνος ἀνὴρ καὶ
ἐν τῶν ἄξιος ἦν, οἷοι δ' ἡμεῖς καὶ τίνας εἰσπραχούθῃ-
ναι δίκας δίκαιοι ἦμεν, διὰ τοῦτο τὰ καθ' ἐκάτερον
μέρος οὕτως ὠκονόμητε συμφερόντως.

δ'. Τούτου οὖν τοῦ δεινοῦ, τῆς τελευτῆς ἐκείνου φημί, προστεθειμένου τοῖς ἄλλοις, καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει, ἀνδρῶν γυναικῶν παίδων Λατίνων τε καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων, ἐλευθῶς πρὸς ἀλλήλους διομιλοῦντων, καὶ τὰ μὲν ἄλλ' ὅσα τούτους ἐπίεζε δηλονότε: τῇ λήθῃ παραπεμπόντων, τὴν τοῦ ποιμένος δὲ στέρην ἐπὶ νοῦν λαμβανόντων καὶ συνεχῶς προφερόντων, τῆς τοῦ Θεοῦ τε παιδείας, ὡς προῦφην, καὶ τῆς γεγεννημένης ἀλώσεως καὶ λεγόντων σημείον τοῦτο καὶ πιστευόντων, — οὕτως οὖν διατεθέντων, καὶ ὀλίγου δὴ τινος ἐν τῷ μεταξὺ παρεληλυθότος τοῦ χρόνου, χεῖρον ἢ πρότερον ἔσχε τὰ πράγματα, καὶ σύγχυσις πανταχοῦ, ἄλλων ἄλλα βουλευομένων καὶ μηδὲν ἐν ταυτῷ συνελθεῖν δυναμένων· καὶ παραπλήσιον τι τοῖς ἐπὶ νηὶς χειμαζομένους ἐπάσχομεν, ὅταν ὁ κυβερνήτης ἀπῆ· πάντα γὰρ ἔκει ταραχῶ μεστὰ, καὶ ἡ ναῦς οὐκ ἔχουσα τὸν ἰθύνοντα ταῖς τῶν ἀνέμων βλαῖς τοῦ πρῶσω χωρεῖν ἀκινδύνως οὐ συγχωρεῖται. Τῶν μὲν οὖν δὴ πλείονων δυσχεραίνοντων ὅτι μὴ σφίσι ἐξῆν προδοῦναι τὴν πόλιν τοῖς Τούρκοις, δεδιότων ἴσως ὃ γέγονεν ὕστερον, ἄγγελος ἦκε τὸν Μουράτην ἐφ' ἡμᾶς κεκινήσθαι μηνύων, πλείττον ὅσον στρατὸν συναγειραντα, καὶ διὰ πάντων καλῶς παρεσκευασμένον. Τοῖς μὲν οὖν δεκτέως ἔδοξεν ἡ ἀγγελία καὶ πιθανῇ, τοῖς δὲ μὴ, καὶ μάλιστα Λατίνοις, εἶτε μεγαλοψυχεῖν προσποιουμένοις, εἶτε πείραν οὐκ ἔσχηκῶσι τῶν Τούρκων, ᾧ καὶ μᾶλλον ἔγωγε πείθομαι. Πόθεν γὰρ εἰδῆσις τούτοις ἐν θαλάττῃ καὶ γεννωμένοις καὶ εἰς γῆρας διαιωμένοις, πρὸς συμπλοκάς τε καὶ μάχας, αἶ: τὸ τῶν Τούρκων κέχρηται γένος, ἔχουσιν οὐκ ἐπιτηδείως, καὶ μηδὲ δυναμένοις ἢ διὰ τριηρῶν ἀπελθεῖν εἰς ὕπεροριαν, ἤνικ' ἂν καὶ ἔνθα βούλοιντο; μικρὸν τὸ μεταξὺ, καὶ πάλιν ἕτερος ἄγγελος, ταυτὰ τῷ προτέρῳ καὶ αὐτὸς διαγγέλλων, καὶ τοὺς λόγους ὅρκους πιστούμενος ἀσφαλῆσιν, ἐφ' οἷς ἐπείσθημεν μὲν ἡμεῖς, μηδὲν ἄλλο παρ' αὐτὸ προσδοκῶντες (τούτο γὰρ ὁ πολυετής ἡμᾶς ἐδίδασκε συγχελισμὸς καὶ τὰ πράγματα), ἐπείσθησαν δὲ καὶ Λατίνοι, καὶ πρὸς παρασκευὴν δεῖν ἔδοξε τούτοις διεγχεῖσθαι.

ε'. Καὶ δὴ πρῶτον μὲν, οὐπερ ἤρξαντο πρότερον ἔργου, πρὸς τελείωσιν σπουδαιότερον διετέθησαν. Τὸ δ' ἦν ἡ περὶ τὰς ἐπάλξεις αὐτῶν ἐπιμέλεια. Μικρὸν γὰρ πρόσθεν διὰ φροντίδος πολλῆς πεποιήκεσαν τὰς ἐπάλξεις τοῦ τείχους παντὸς διαφράξαι σάνισιν, ὡς ἐν ἀσπίσι, τοὺς μὲν ἔξω πολεμίους ἀπειργούσας τοῦ βίεσι τιτρώσκειν τοὺς ἔνδον δεῖσαν προκῦψαι, τοῖς δ' ἐπὶ τῶν τειχῶν ἰσταμένοις πολλὴν τὴν ἄδειαν παρεχούσας ἀφανῶς λίθους ἀνωθεν βάλλειν τοὺς ἐπίοντα; καὶ τῷ προστυχόντι πανεὶ προσπελάσαι τοῖς τείχεσι βουληθέντας. Ἐπειτα δὲ δεῖν ἀριθμῆσαι τοὺς ἀνδρας ψῆθησαν καὶ καταμαθεῖν εἰ πρὸς τὰς τοῦ ὄλου τείχους ἐπάλξεις καὶ τὸν περίβολον τὸν πρὸς ἡπειρον ἐξαρκούσι. Καὶ δὴ στήναι πάντας ἐπὶ τῶν τειχῶν μεθ' ὧν εἶχεν ἕκαστος ἐπιτρέπουσιν ὄπλων, ὡς ἂν καὶ μάρτυρας τοῖς ἰδίοις ἔχωσιν ὀφθαλμούς. Οὗ δὲ γεγονότος ἦν ἰδεῖν ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς ἐπάλξεις ἕνα ἀνδρα ἰστάμενον, καὶ τούτων τοὺς πλείους μὴθ' ὄπλα κεκτημένους (προσανάλωσε γὰρ

4. Itaque tam diro malo, obitu nempe illius, cæteris adnexo, et diuinibus in civitate viris, mulleribus, pueris, Latinis, Judæis quoque ipsis, miserandum in modum sermonem conferentibus, et reliqua omnia quæ eos tum affligebant e memoria deponentibus, pastoris tanti privationem in mentem revocantibus et sæpius proferentibus asserentibusque, ut jam innui, et non temere credentibus indicium illud esse et divinæ punitionis et subsecuti excidii; hoc, inquam, statu rerum, cum modicum tempus interim processisset, in pejus quam antea ruere omnia, magna confusio animos occupare, cum alia alii decernerent nec possent in unam sententiam convenire, nosque illis qui in navi adversis tempestatibus utuntur cum gubernator abest, non absimiles, variis rerum fluctibus jactari. Namque ibi omnia sunt turbarum plena, et navis, spoliata rectore ac vi ventorum concussa iter suum continuare absque discrimine non permittitur. Cum ergo plerique ægre serrent non concedi sibi Turcis urbem dedere, eventum postmodum secutum perhorrescentes, nuntius advenit Muratem adversus nos iter capessere, quamplurimis copiis et rebus aliis omnibus instructissimum. Quidam nuntio fidem esse adhibendam dicunt; negant alii, et Latini potissimum, sive magnanimitatem simulantes, sive Turcarum, quod credibilis videtur, inexpertis. Namque unde illis, in mari genitis et ultimo etiam ætatis tempore vitam agentibus, nec non ad conflictus et pugnas, quibus Turcarum gens utitur, ineptis, nec valentibus cum triremibus alio extra suos fines, ut illis allubescit, divagari, cognitio venerit? exiguum abiit tempus, et rursus alius nuntius eadem quæ primus denuntiat, et jurejurando fidem alligat suam; quo nos persuasi sumus, nihil aliud exspectantes: hoc enim nostri per multos annos in angustum contractio resque ipsæ clamabant. Credidere et Latini; visumque est illis, sollicitè necessaria præparare.

5. Et primum quidem, quod antea inchoaverant opus, propugnaculorum duntaxat curam perficere concitatus animantur. Paulo enim antesummo cum labore ac nimio opere accurarunt ut murorum propugnacula, adinstar scutorum, tabulis obsærent, quæ advenas hostes impedirent ne sagittis cives, si quando opus esset capite emergere, vulnerarent, iis autem qui muris insisterent facultatem uberem facerent clam e superiori parte saxis advenientes impetere, admotosque ad muros obvivo quoque repellere. Deinde numerandos esse viros decernunt, ut discant an ad omnia murorum propugnacula et circuitum ad mediterranea vergentem sufficiant; et sic omnes in muris, suis quemque armis instructum, stare imperant, ut ad id testibus propriis oculis uterentur. Quo facto conspiciebatur in duobus et tribus propugnaculis unus tantum; eorumque potior pars neque arma gerere, quæ paupertas absumperat, neque pugnae aut conflictui apta; assidua namque mala et vi-

veni egestas vires insimul extinxerant. Latini nihilominus, cum rei providere aliter non possent (neque enim alios viros bellatores præter accolas urbis possederant), necessarium duxere omnes ad pugnandum promptos esse, retinque venalinum forum alio asportare pro accuratiori civitatis custodia deliberarunt; licet id ad finem perducere non potuerit, cum ex improviso hostes, et nostra expectatione citius, irrupissent. Etenim, dicebant, si adversarii urbem copiis cinxerint et pugnis raro intermittentibus indulerint, nos vero ad forum longe dissitum necessaria coempturi abierimus, desertis muris et custodibus vacuis, nullo prævio labore illis civitatem trademus. Recte itaque omnibus, et ut vires concedebant, dispositis, omnes, unis animis omnia pro patria pati parati, spem universam in Deo et martyre martyrolyta collocavimus, et die noctuque Barbarorum irruptionem circumspiciebamus, quotidieque, ut nuntiatum fuerat, exspectabamus.

Θεῶ καὶ τῷ μυροβλυτῇ μάρτυρι σαλευόντες ἤμεν, καὶ περισκοποῦμεν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὴν ἔροδον τῶν βαρβάρων, καθ' ἑκάστην κατὰ τὰς ἀγγελίας αὐτοῦ ἐκδεχόμενοι.

6. Paucis diebus prætergressis tertius nuntius in civitatem advolat, Muratæ adventum in Langada indicans, nec satis esse campum illum longe lateque diffusum copiarum multitudini; apparatus quoque prænarabat esse super omnem expectationem nec posse verbis exprimi. Rursum nos sollicite agere, diligenterque quæ opus erant curare, Illuxerat die-rum domina; et nocte media terræ motus ingens urbem conculit, metumque omnium animis injicit, qui infelicia illum atque incommoda portendere existimavit. Ita enim, qui a multo tempore civitatem concitiebant terræ motus, homines affecerunt et tu-lem opinionem ingenerarunt, cum illi rerum immutationes denuntiarent et dirorum montes urbi intulerint. Et hoc quidem noctu. Primo mane, cum nondum sol terram radiis collustraret, pars exercitus in civitatem contendit, neque vexillum, ut moris est, erectum deferens neque turmatim procedens. Nec alio scopo: visum fuerat Muratæ amabilibus verbis incolas antea pertentare, ut quæ postea subsecuta sunt, urbisque excidium evitarentur: in spem enim venerat suis ipsius dictis eam aures illico daturam et bello capi opprimique declinatam. Idque duas ob causas præstitit, tum ne innumeras illas hominum copias bello subiceret, et postmodum votis frustratus ignominiam sibi, eamque summam, compararet; tum sermonibus cogentium ut in urbem veniret persuasus: non deerant enim qui eum compellabant, asseverabantque tantummodo conspectum, prompte et nullo prævio bello ac labore, in ditionem suam eam redacturum. Misit itaque viros Christianos, haud ignotos, ex aliis urbibus, nobis salutaria consulturos, concitaturusque pro viribus adversus Latinos. Qui licet advenissent, timentes ne a sagittis et muris depromptis læderentur, retro cesserunt, cum nihil aut parum, pro quo accesserant, indicassent; proptereaque hoc suo reditu apud nonnullos ignominia notati sunt. Namque cum

ἡ πενία) μήτε πρὸς μάχην ἐπιτηδείους καὶ πόλεμον τοῖς γὰρ συνεχέει χακοῖς καὶ τῇ περὶ τὸ ζῆν ἀπορία περιήρηται καὶ τὸ δύνασθαι. Οἱ Λατίνοι δ' ὁμοῦ οὐκ ἔχοντες διαπράξασθαι (ἄνδρας γὰρ ἐτέρους μαχιμους οὐκ εἶχον παρὰ τοὺς ὄντας τῇ πόλει) δεῖν ἐξ ἀνάγκης ζῶντο πάντας γούν ἐτοιμῶς ἔχειν πρὸς πόλεμον. Μεταστῆσαι δὲ καὶ τὴν ἀγορὰν πρὸς φυλακὴν ἀκριθεστέραν τῆς πόλεως δέον κεκρίκασι, εἰ καὶ πέρρις ἴσως τοῦτο λαβεῖν οὐκ ἔσχεν, ἐπιθεμένων αἰφνης τῶν πολεμίων καὶ ὄστρον ἢ πάντες προτεδοκίμεν· « Ἄν γὰρ τὴν πόλιν ἔφησαν ἐκυκλώσασθαι μὲν οἱ πολέμιοι καὶ τοῦ πολεμίου συνεχῶς γίνονται, ἡμεῖς δὲ πρὸς τὴν ἀγορὰν πόρρω κειμένην ἀπίωμεν τὰ πρὸς χρεῖαν ὠνούμενοι, παρέχομεν ὑπὲρ τῆς τῶν τειχῶν ἐρημίας τὴν πόλιν αὐτοῖς, μηδένα πόνον μὴδ' ἄλλο; προὔπενεγκοῦσι. » Καλῶς οὖν διὰ πάντων, καὶ ὡς παρήχεν ἡ δύναμις, παρεσκευασμένων ὁπίωντων πάντα παθεῖν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, προθυμῶς ἐνεδειξάμεθα τὴν αὐτὴν, καὶ τὴν ἐλπίδα πᾶσαν ἐπὶ

ς'. Ἡμέραι παρήλθον αὖθις ὀλίγαι, καὶ τρίτος ἄγγελος ἤδη πρὸς τὴν πόλιν ἀφίκετο, τὴν εἰς τὰ Λαγκαδά τοῦ Μωράτου δηλῶν ἀφίξειν, καὶ ὡς οὐκ ἱκανὸν τὸ πεδίον εἰς πολλὸ μῆκος ἐκτεταμένον ἐκεῖνο πρὸς τοσαύτην πληθὺν στρατευμάτων. Διήγγελε δὲ καὶ τὴν παρασκευὴν ὑπὲρ λόγον οὖσαν καὶ μὴ βραδύαν βῆθῆναι. Πάλιν οὖν ἡμεῖς ἐν σπουδῇ, καὶ πάλιν ἐν ἐπιμελείᾳ μεγάλῃ. Παρῆν δὲ ἡ κυρία τῶν ἡμερῶν, καὶ περὶ μέσας νύκτας σεισμὸς [καὶ] τῇ πόλει γίνεσθαι μέγας καὶ φόβον ταῖς ἀπάντων ἐνήκε ψυχαῖς, τεκμηρίον τε τοῦτο οὐκ ἀγαθῶν ἡγήσαντο πάντες πραγμάτων· ὅτι γὰρ οἱ πρὸ μακροῦ τὴν πόλιν ἐκείνοι συνέσειον σεισμῶν παρεσκευάσαν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τοιαύτην ἔδωκαν ὑπόληψιν ἔχειν, ἀνωμαλίας πραγμάτων ἐκείνοι προηγγελοῦντες καὶ δεινῶν ἐσμὸν ἐπαγαγόντες τῇ πόλει. Καὶ τοῦτο μὲν νυκτός· ἀρξαμένης δὲ τῆς ἡμέρας, καὶ τοῦ ἡλίου καθαρίως οὐρα τῇ γῆ τὰς ἀκτίνας ἐπαφέντος, τῆς στρατιᾶς τι μέρος ὄραται τῇ πόλει προσβάλλον, μήτε σημαίαν ὡς ἔθος ἡρμένην ἔχοντες μήτε βαδίζοντες ἰλαδόν. Ὁ δὲ τρόπος· ἔδοξε τῷ Μωράτῃ φιλίας τισὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἡμᾶς τῇ πόλει ῥήμασι ὑπελθεῖν πρότερον, ὥστε μὴ τι τῶν ἐν ὑστέροις συμβεβηκότων γενέσθαι καὶ τὴν πόλιν ἀλῶναι· ὑπέστρεφον γὰρ ἐλπίδες τοῖς αὐτῶν λόγοις ταύτην εὐθὺς ὑπεκλίνειν καὶ μὴ ἀνελῆσθαι κρατηθῆναι διὰ πολέμου. Τοῦτο δ' ἐποίησε δυσὸν ἕνεκα, τοῦ τε μὴ πόλεμον ὑποστῆναι τῶν μυριάθρων ἐκείνων στρατῶν, εἴτ' ἀποτυχόντα μεγάλην ἀσχύνην ἐφλῆσαι, καὶ τοῦ πεισθῆναι τοῖς λόγοις τῶν ἐπειγόντων αὐτὸν ἐπὶ τὴν πόλιν ἀφίχθαι· καὶ γὰρ ἦσαν οἱ τοῦτον ἀεὶ συνωθούντες καὶ πειθόντες, ὡς εἰ μόνον ὀφθεῖν, ταύτην ἐτοιμῶς ἄνευ πολέμου καὶ πόνων λαβεῖν. Πέπομφε τοῖνον ἄνδρα· Χριστιανὸν οὐκ ἀγνώστα; πόλεων ἐξ ἐτέρων, ἡμῖν τὰ σωτήρια συμβουλεύσοντας καὶ κατὰ τῶν Λατίνων διεγερώντας ὡς οἶόν τε· οἱ καὶ παραγενόμενοι, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν τειχῶν πεμπομένοις βέλεσι μὴ τρωθῆναι τὰ σώματα δεδότες, ὅπισθ' ῥ-

μητοι νίνονται, μηδὲν ἢ ὄλιγα πρὸς ἔν μ' ἑως δηλώσαντες, ᾧ π. δεδύνηται. Ἐφ' ᾧ καὶ μεμπταῖοι ἔδοξάν τισιν ὑποστρέψαντες· δέον γὰρ πολλακίς καὶ κατὰ πολλὰ τῶν τειχῶν μέρη περιεῖναι, καὶ τὰ ὑπεσχημένα τῆς Μουράτης φανερὰ καταστῆσαι, λόγοις τε χρῆσασθαι συμβουλίας, ὡς ἂν προθύμους παρασκευάσωσι πρὸς τὸ κοινοῦ συνελθόντας σκέψασθαι τὸ συνοίσον, οὐ καλῶς πρὸς ἡμᾶς διετέθησαν, εἶπον, ἡμεληκότες τοῦ ἐπιτάγματος. Πλὴν ἀλλ' αὐτῶ μὲν οὗτοι πράξαντες ὠφθησαν, εἴτε' ἐβελονταί εἴτε καὶ ἀκοντες.

ζ'. Ὁ δὲ Μουράτης ἀνηνυτοῖς ἰδὼν ἐπιχειρεῖν ἐν τούτῳ τῆς μέρει (οὐ γὰρ οἷς ἐξωθεν μόνον ἐκέρυττον ἐπέβητονό τινες, ἀλλὰ καὶ πλύνειν τοῦτον ὕβρεσιν ὑπ' ἀβελτηρίας καὶ ἀλόγου θρασύτητος οὐκ ἀπώκουνον), τοῦ θυμοῦ τε γέγονεν ὄλος, καὶ τὸν στρατὸν προσέταξε μεταστῆναι καὶ περὶ τὴν πόλιν στρατοπεδεύσασθαι. Οἱ δὲ προσεχώρουν, ἄτε.... μαιισσῶν σμήνη, τοῦ ἡμετέρου λίαν διψῶντες αἵματος καὶ πάντας ἄρδην καταπιεῖν γλιχόμενοι. Τῇ πόλει δὲ προσεγγίσαντες, καὶ τὰς σκηνὰς ὡσπερ ἔθος πηξάμενοι, δίπην φρουρίου πᾶσαν περιέλαβον ταύτην, ὡς μηδὲ μὲν οὐ σχεδὸν κενὸν ἀνθρώπων φαίνεσθαι τόπον. Ἐἶτα τοὺς στρατηγούς ἕκαστον ἐν ὠρισμένῳ τῆς πόλεως μέρει πρὸς τὸ πολεμεῖν ἀποτάξας, αὐτοὺς τὰς ἰδίας σκηνὰς ἀντικρὺ τῆς ἀκροπόλεως πήγνυσιν, ὡς ἂν πάντας ἐκ μετεώρου καλῶς ὄρᾳ ἔχοι καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν ἐντός. Ἡμεῖς δὲ ταῦθ' ἐωρακότες καὶ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ὑπεραγωνισασθαι προθυμώμενοι (καὶ γὰρ οὐδὲ ἦν ἄλλως εἰκόξ) μεθ' ὧν ἐρχομεν ὀπλων ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐθέομεν ἕκαστος, ἄλλος ἄλλον παρελθεῖν τῷ τάχει φιλονεικοῦντες καὶ ὅσον ἀνδρίζόμενοι.... τῶν ἐκτός, ἀγνοοῦντες ὅπη τὰ τῆς σπουδῆς ἐκείνης χωρήσει. Ὡς δ' ἀνέβημεν διημερεύειν ἐκεῖσε καὶ διανυκτερεύειν συνθέμενοι, καὶ διεκρίναν ἡμᾶς οἱ κρατοῦντες τῆς πόλεως, Λατίνους καὶ Ῥωμαίους, καὶ τοὺς τὴν ληστείαν μετερχομένους ἀναμίξῃ στήσαντες (οὐ γὰρ πιστεύειν ἡμῖν καθαρῶς εἶχον), καὶ θάνατον τοῖς φρονήσοις προδοσίαν ἠπειλήσαν, τοὺς Τζεταρίους, ὡς ἡ κοινὴ φωνὴ τοῦτους ἐκάλει (ληστῶν δ' ἦσαν οὗτοι σύνταγμα ἐκ διαφόρων τόπων συναθροισθέντες) φύλακας εἰς τοῦτ' ἐπιστήσαντες.

η'. Ὡς οὖν τοῦ πολεμεῖν γεγενῆμεθα πάντες καὶ κατὰ τῶν ἐπιόντων ἀνδρίζεσθαι, ἄλλο τι πάλιν παρὰ τὴν ἡμετέραν ἐφάνη πράξας ὑπόνοιαν ὁ Μουράτης. Πάντες γὰρ ἡμεῖς ὑπενοοῦμεν, τοσοῦτον στρατὸν βαρῶν θεασάμενοι καὶ τοσαύτας τὰς ἐλεπόλεις, ἃς τὸ τῶν καμῆλων πλῆθος καὶ τῶν ἀμαξῶν ἐπεχομίζον καθ' ἑκάστην, ὡς οὐκ ἂν φθάσει καὶ μανικῶς αὐτίκα κατὰ τοῦ τεῖχους ὀρμήσει, παλεῖν μὲν αὐτὸ προστάξας τῇ χειροποιήτῳ τοῦ λίθου βροντῇ, τοὺς δ' ἀνωθεν κωλύειν τῆς ἐπὶ τῶν τειχῶν στάσεως διὰ τῶν ἀφιεμένων βελῶν, καὶ παντὶ μηχανήματι πρὸς τὸ κρατῆσαι κεχρῆσθαι τῆς πόλεως. Ὁ δὲ τούτων μὲν εἰδείξεν οὐδὲν, μικρὸν δ' ἠσυχάσας καὶ τὴν πόλιν κύκλῳ περιβλεψάμενος κήρυκας καὶ αὐτοὺς ἐξέπεμψεν, ἐλευθερίαν ἡμῖν ὑπισχνόμενος καὶ φιλοτιμίας ἐτέρας, τοῖς παρ' αὐτοῖς ταυτὶ πιστούμενος ὄρκοις, εἰ τὴν πόλιν προοίμεθα τοῖς τούτου λόγοις πεισθέντες, καὶ θάνατῶν πάλιν αὐτῶν προσετίθει, καὶ γεν....

A opus esset sapius et multas murorum partes circumire, et quæ promittebantur a Murate palam edicere, sermonibusque uti coconsultationis ad eos disponendum ut alacriter in usum convenientes publicam utilitatem dignoscere, ipsi non bene erga nos affecti mandata neglexerunt. Verum hi, quo divitiis modo, sive sponte sua sive vi coacti, rem ita peregerunt.

7. Murates cum vidisset se hac ratione operam et oleum perdere (neque enim iis quæ deforis ille enuntiabat suaderi nonnulli, quinimo eum injuriis et opprobriis dementer jactanterque continuo onerare), intemperis insanisq̄ue agitatus loco moveri exercitum mandat. Illi secedunt æque ac arum examina, nostri sanguinis avidè sitientes omnesque penitus uno haustu deglutire desiderantes. Ubi urbi proximi facti sunt, tentoriis pro more fixis instar propugnaculi eam ita circumvallant ut nullis hominibus esset vacuus locus. Tum duces singulos in præscripta urbis parte destinans, ipse sua tentoria arci adversa ponit, ut omnes tanquam e loco sublimiore, et interiores partes urbis, circumspiceret. Nos hæc intuiti, pro salute nostra tutanda alacriores facti (neque enim fieri poterat aliter), armis utcumque suppetentibus ad murum currere, alius alium celeritate prætergredi, adversus externas copias quem tandem finem habitura essent tantæ sollicitudinis studia, animos addere. Ut ascendimus, diu noctuque ibi nobis immorandum esse constituentes, qui urbi moderabantur, Græcos atque Latinos ita distinxerunt ut medium unum ex iis qui prædas convectant interponerent; Tætarios vulgus vocat, ut sunt prædonum agmen ex variis regionibus coalitum; et his custodiam demandarunt, plane nobis non fidentes; mortem etiam proditionem meditaturis minati sunt.

8. Omnibus ergo ad pugnandum adversus irruentes animo virili præsentique paratis, aliud præter nostram expectationem Murates exsequitur. Nos enim omnes suspicabamur, tantam copiarum molem et machinarum, quas multitudo camelorum et curruum quotidie advehebat, conspicati, primo sui impulsu furenter iratum muros appetiturum, eosque lapidum manufacto tonitru diverberaturum, nec non et supra muros stantes sagittis impulsis dimoturum, machinasque omnes ad urbem excidendam usurpaturum. Verum hic nil tale conatus est, sed parum percunctatus præcones ruitus decernit, qui nobis libertatem pacisceretur aliosque honores jurejurando, ut apud ipsos fieri amat, pollicerentur, si sermone illius suasi urbem dedereamus: his contraria subdebat, multa que pejora si votis suis non obsecundaremus.

καλεπώτερα τούτων, εἰ μὴ καταπιθεῖς ἐν τούτοις.

Sed cum huc pervenerim, panis compellabo hu-
 jus alteriusve insimulatores. Ubinam eratis vos,
 cum hæc Murates offerebat? Nonne in urbe, et ve-
 stris ea auribus usurpatis? Qua igitur ratione cogi-
 tatis usi non estis? Quare, de quibus alios incu-
 satus quod non fecerint, vos ipsi, occasione pre-
 mense et nullo impediendo, non perfecistis? tum
 enim nullus pastor erat (namque ante sex menses
 inter vivos esse desiderat), nec diræ neque alia, quæ
 vos recensetis et per digitos exacte numeratis. Quid
 igitur vobis impedimento fuit, aut cujus opus even-
 tus? Nullius, quilibet respondebit pie rem compu-
 tans, quam nostræ improbitatis, quæ ab iracundia
 liberum Deum in iracundiam movit, et ad nostri
 punitionem, qui incorrecte labimur, excitavit, ut
 ad nosmetipsos redeuntes in posterum sapiamus.
 Quod si quis anteacta tempora commemorans ite-
 rum nobis opponat, et pastori causam appingat,
 qui dedere se volentibus, sententia etiam data,
 contradixit, insanientis cogitationes suscipit. Pri-
 mum enim non addeceat pontificem rerum milita-
 rium cura, et hunc quidem tyrannorum more prin-
 cipatu pellere, illum contra in possessionem immit-
 tere, et mutationum ac cædium nec non damnorum,
 quæ, dum rerum status immutatur, eveniunt, au-
 ctorem esse: neque enim ipse in tyrannicum, sed
 in sacerdotale, et mitis Domini, et qui pacem de-
 prædicavit, cujus vestigiis insistere modis omnibus
 et dicta factaque sequi debet, solum promovetur.
 Deinceps quid ille molitus est? An quod in legibus
 divinis perdurare adhortabatur, non a principibus
 desciscendum, quos veluti a Deo promotos exoscul-
 landum esse docebat? Et tamen in quid aliud illi in-
 cumbendum erat, cui mortalium animæ per Deum
 erant concredite? Nihilominus ille, hoc modo dispo-
 situs, fere singulis annis ab urbe recedere volebat et
 in patriam reverti, forte ut nos nostra accuraremus.
 Sed neque hac ratione passi estis. Ita mente non-
 nulli præditi sunt, quæ cum quolibet mutationem
 subeunte sese immutat et variat. Sed qui similia
 proferunt, rationem animo agitent, qua ea enun-
 tiant; vos vero ad propositum revertamur.

9. Cum vero alia atque alia vice, quod supra
 commemoravimus, Murates peregrisset, missisque
 cum sagittis in urbem plurimis litteris, eadem, et
 simili jurejurando, denuntiantibus ac stabilientibus,
 nihil proficeret (neque enim facultas erat civibus,
 etiamsi voluissent, Latinorum, et prædonum potis-
 simum adstantium custodientiumque meum, sua sen-
 tentia intrepide uti), ad bellum invitatus accingitur,
 non tantum contumacia atque contentione inhabi-
 tantium motus quantum istiusmodi successu. Navis
 repente comparuit Latina, frumento onusta, ad ur-
 bem indigam advigans. Statim atque eam vidit,
 suspicatur copias auxiliares et arma pro bellatori-
 bus vehi; deque victoria dubius, si commilitones
 introducerentur, totis conandum esse viribus et

Ἄλλ' ἐνταῦθα μικρὸν ἐρήσομαι τοὺς κατηγοροῦν-
 τας τοῦ δεινός καὶ τῆς δεινός. Ποῦ ποθ' ὑμεῖς ἦτε
 δθ' ὁ Μουράτης τὰ τοιαῦτα ὑπέσχετο; οὐκ ἐν τῇ
 πόλει, καὶ ἀσκήκοι τῶν κηρυττομένων; πῶς δ' διε-
 νοήσατε, οὐκ εἰς πέρας ἠγάγετε; πῶς οὖν οὐκ ἐχρή-
 σασθε τῷ λογισμῷ; πῶς δ' τῶν ἄλλων κατηγορεῖτε
 μὴ πεπραχότων, ὑμεῖς οὐκ ἐπράξατε, καιροῦ κα-
 λοῦντος καὶ τῶν ἀπειργόντων οὐκ ὄντων; τότε γὰρ
 ποιμὴν οὐκ ἦν (μῆνας γὰρ εἶχεν ἐξ γενόμενος ἐξ
 ἀνθρώπων) οὐδὲ ἀραλ, οὐδ' ὄσ' ἕτερον ἀπαριθμεῖτε.
 Τί λοιπὸν τὸ κωλύσαν ὑμᾶς ἦν; ἡ τίνας ἔργον ὅσα
 συμβέβηκεν; Οὐδενός, πᾶς τις ἂν εἴποι λογιζόμενος
 εὐσεβῶς, ἡ τῆς ἡμῶν ἀμαρτίας ἐκάστου τὸν ὀργη-
 τον εἰς ὀργὴν καθ' ἡμῶν κινήσας, παιδείαν ἡμῶν
 ἐπενεγκεῖν πταλοῦσιν ἀδιόρθωτα, ἵνα γοῦν ἐαυτῶν
 γενόμενοι καὶ τοῦ λοιποῦ σωφρονήσωμεν. Εἰ δὲ τις
 τῶν πρὶν ἀπομνημονεύων χρόνων καὶ πάλιν ἡμῶν
 ἀντιλέγη, καὶ τῷ ποιμένι τὴν αἰτίαν ἐπάγη, τοῖς
 προεδόσθαι ἐθέλουσι μὴ τὰ ἴσα φρονήσαντι καὶ βου-
 λευσασμένῳ, μεμηνότος, οἶμαι, κέκτηται λογισμοῦς.
 Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ τοῦ σχήματος τοῦ ἀρχιερέως
 στρατηγικῶν πραγμάτων ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ τὸν
 μὲν τυραννικῶς ἐξωθεῖν τῆς ἀρχῆς, τὸν δὲ ἀντεισά-
 γειν, καὶ πραγμάτων καὶ φόνου καὶ ζημιῶν, τούτων
 δὴ τῶν ἐν ταῖς ἐναλλαγαῖς τῶν ἀρχῶν συμβαινόντων,
 αἴτιον δείκνυσθαι. Οὐ γὰρ ἐπὶ θρόνον αὐτὸν καθί-
 ζουσι τυραννικόν, ἀλλ' ἐπὶ θρόνον ἱερατικόν, καὶ
 Δεσπότης πραεὸς καὶ εἰρήνην διδάξαντος. Καὶ δεῖ
 τοῦτον ἐκ παντὸς τρόπου μιμεῖσθαι, καὶ λόγοις ἔ...
 καὶ πράγμασιν. Ἐπειτα... ὅπερ εἰργαστο; ὅτι τοῖς
 τοῦ Θεοῦ νόμοις ἐμμένειν παρῆναι, καὶ τὴν εὐσε-
 βειαν συνεβούλευς ἡ προέσθαι; ὅτι μὴ κατεξ-
 νίστασθαι τῶν ἀρχόντων, ἀλλὰ τούτους ὡς ἐκ Θεοῦ
 προβληθέντας ἐδίδασκε στέργειν; καὶ τί γε ἄλλο
 προσῆκεν ἐκείνῳ, ψυχᾶς ἀνθρώπων πρὸς Θεοῦ πισ-
 τευθέντι; Ὅμως ἐκεῖνος καὶ οὕτως ἔχων ἐφ' ἐκάστου
 σχεδὸν ἔτους ἡξίου τὴν πόλιν ἀπολιπεῖν καὶ πρὸς
 τὴν ἐνεγκαμένην γενέσθαι, ἴσως ἐν' ἡμεῖς ὑπὲρ ἐαυ-
 τῶν φροντίσωμεν. Ἄλλ' οὐδ' οὕτως ἠνείχεσθε. Οὕτω
 γνώμης τινὲς τετυχηκασαν πρὸς πᾶν δειοῦν τὸ
 τρεπτόν κεκτημένης καὶ συμμεταβαλλομένης τοῖς
 καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασιν. Ἄλλ' οἱ μὲν τὰ τοιαῦτα
 λέγειν ὀρμώμενοι λογισαιντό ποτε... ἡμεῖς δὲ τῶν
 προκειμένων ἐχόμεθα.

10. Πρῶτον καὶ δεύτερον ὁ Μουράτης πεπραχὸς
 ὅπερ εἰρήκειμεν, καὶ γράμματα τοῖς βέλεσι πεπομ-
 φῶς ἐντὸς πλείστα, τοῖς αὐτοῖς ὄρκοις καὶ ταῦτα
 συνδούμενα καὶ τὰ αὐτὰ διαγγέλλοντα, ὡς ἦν
 πλέον οὐκ ἐν (οὐ γὰρ ἐξῆν βουλομένοις τοῖς ἐν τῇ
 πόλει τῷ τῶν Λατίνων δέει, καὶ μάλιστα τῶν συμ-
 παρισταμένων αὐτοῖς ἐπὶ φυλακῇ ληστῶν, τῇ σφῶν
 ἀδεῶς χρήσασθαι γνώμῃ), τρέπεται τότε ἐξ ἀνάγκης
 ἐπὶ τὸ πολεμεῖν, οὐδὲ τότε τοσοῦτον ἀπὸ τῆς ἀπει-
 θείας τῶν ἔνδον καὶ τῆς ἐνοστάσεως ὅσον ἐκ τούτου.
 Ὀλκὰς ἐφάνη τις ἐξαπίνης Λατινικῆ σίτον ἐχουσα
 φόρτον καὶ κομίζουσα τοῦτον [ἐν] τῇ πόλει χρηζούσῃ.
 Οἱ δ' ὑπετόπασαν ταύτην ἰδόντες συμμάχους ἔχειν
 καὶ ἔπλα διὰ τὸν πόλεμον, καὶ δεδιότες τὴν ἦσαν
 συμμαχίαν ἐπὶ τὴν πόλιν ἐλθοῦσης, ὅλη δειν φρονεῖ

χρήσασθαι τῇ τούτων δυνάμει καὶ περὶ τὰ πολεμικὰ ἄ
τέχνη πρὶν τὴν ὀλιγάδα καθορισθῆναι. Μικρὸν μὲν
οὖν πρότερον, ὅτε καὶ τοὺς κήρυκας ἐπεμπευ, ὑπισ-
ερχόμενοι τὸ προτειχίσμα μέρος τῶν πολεμουμένων
ἀσπρὶ τῶν νυκτῶν, καὶ τοῦθ' ὑπορῦττοντες ἐν ἀδείᾳ
(οὐτε γὰρ ἐπ' αὐτῶ φύλακες ἦσαν, οὐκ ἀρκούωντων
τῶν ἔνδον, οὐτ' ἐξωθεῖν αὐτοὺς εἶχεν οὐδείς οὐδ'
ὑπισσοῦν, τούτου προβεβλημένου); πολλὰ τούτου κα-
τέσπαταν εἰς ἕδαφος μέρη, ὥστ' ἔχειν εἰσεῖναι παμ-
πληθεῖς ἐν τῷ μεταξύ τῶν τειχῶν τόπων, κλιμακὰς
τε εἰσκομίζεται μετ' εὐχερείας, καὶ ταύταις τὸ μέγα
τείχος ἐπαναθῆναι. Βάσιμον οὖν τὸ ἐξω πεποιήσασαν
διατείχισμα τούτον τὸν τρόπον, καὶ τῆς τοξικῆς
πολιτικῆς τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ δὴ καὶ τῆς νυκτὸς οὐκ
ἠμέλων, τοῦ μικροῦ τειχους ὅτε πρὸς κατάπτωσιν
ἦσαν· πῶς γὰρ ἂν ἔχον μετὰ πλειονος ὑπορῦττειν
ἀδείας αὐτὸ, τοὺς ἐπὶ τοῦ μεζονος τειχους εἰ μὴ
τοὺς βέλεις ἀπειργον μὴ κατ' αὐτῶν καὶ τούτους
ὁμοίως χωρεῖν καὶ τὰ παραπλήσια δρᾶν; Πλὴν καὶ
οὕτως οὐδ' ἡμεῖς ἠμελοῦμεν τοῦ κατὰ δύναμιν ἐρ-
γου. Πλέον δὲ τῶν ἄλλων ἐχρώμεθα τῇ καλουμένῃ
σκευῇ, ἧς ἦχον μὲν ἠκούομεν μόνον, ἔργον δὲ οὐδέ-
ποτε εἶδομεν τι λαμπρὸν, καὶ ταῦτα πολλῆς ἐν ἡμῖν
οὐσίας τῆς ἐσκευασμένης βοτάνης, ἀφειδῶς τε κατὰ
πάντα καιρὸν ἀναλισκομένης.

Γ. Ταῦτ' οὖν ἐπὶ τρισὶν ἦσαν ἡμέραις γινόμενα.
Καὶ τῆνικαῦτα δὴ τινες ἐν τισὶ τῶν τειχῶν μέρεσιν
ἐξωθεν περὶ μέσας νύκτας ἰόντες, τῆς ἡμετέρας
κηδόμενοι σωτηρίας, πᾶσαν ἡμῖν πρὸς πόλεμον
παρεσκευάσθαι τὴν στρατιάν προαγγέλλουσιν, ὅσον
τε περὶ τὸν Μουράτην πεζὸν, καὶ τῆς τετάρτης
ἡμέρας διαυγασάσης βούλεσθαι καθ' ἡμῶν ὅλην δυ-
νάμει κευραχέσθαι, καὶ ὡς πλοῖα παρασκευάσειαν,
καὶ τούτοις ἐν' ἀπὸ τοῦ κατὰ θάλατταν μέρους ἰόν-
τες πρὸς διττὰς ἀναγκάσασιν ἡμᾶς ἀσχοληθῆναι
φροντίδας. Ὅ καὶ σφόδρα τὰς ἡμετέρας ψυχὰς διε-
τάραξε καὶ εἰς ἀπορίαν ἐνέβαλεν ὄσην, ὡς βλάβην
ἡμῖν δυνάμενον οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐπαγαγεῖν. Δείλης
τοιγαροῦν ταυτησὶ γεγεννημένης τῆς ἀγγελίας, καὶ
πάντων ἡμῶν ἐν περιστάσει καὶ λογισμοῖς ὄντων
πῶς ἂν διατεθειμεν πρὸς τὴν πόλεμον, πάσης τε
σχεδὸν ἡλικίας οὐσης ἐν ἔργῳ ὄσει, δεήσεις ἐκτε-
νεῖς Θεῷ καὶ τῷ μυροβλύτῃ μάρτυρι καθ' ὅλην ἐκεί-
νην προσαγόντων τὴν νύκτα (πάντες γὰρ ἤδασαν ἐν
χερῶ τοῦ κινδύνου καθεστηκέναι), οἱ Λατῖνοι περὶ
πολλοῦ τὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ποιούμενος μέρος διὰ τὰς
τρεῖς αἰ' παρῆσαν τῇ πόλει τριήρεις, μὴ πυρὸς ἔργον
ταύτας ἐλθόντες οἱ Τούρκοι ποιήσωσι, τοὺς σφῶν
τοξίτας, μεμερισμένους ὄντας ἐπὶ φυλακῇ τῶν τει-
χῶν, ὑπαναχωρεῖν αὐτοὺς περιόντες ἐπέσκηπτον,
τῶν ἄλλων τὴν σκέψιν ταύτην μὴ γινωσκόντων, μηδ'
ὑπερ' ἐκείνοις ἢ ἀπὸ τῶν τειχῶν βούλεται ἀναχώ-
ρησις. Εἰ γὰρ καθαρῶς ἐγύμουν τὸ πρᾶγμα, ὡς
ἐπὶ φυλακῇ τοῦ λιμένος καὶ τῶν τριηρῶν καταβιά-
ζουσι τούτους τοῦ τειχους, εὐέλπιδες ἂν ἦσαν οἱ
περιλειμμένοι τῷ τείχει, καὶ οὐκ ἂν φυγὴν αὐτῶν
ὑπετόπασαν. Ἄλλ' ἥμισυ γέγονεν οὕτω, κἀντεῦθεν
ἡ ἐκείνων ἀπὸ τοῦ τειχους εἰδάσασις δειλίαν οὐ τὴν
τυχοῦσαν τοῖς ἀπάντων ἐνῆκε ψυχαῖς, καὶ κατὰ τὸ

militaribus artibus pertentandum, antequam navis
in portum sese recipiat, decernit. Paulo quoque
ante, cum praecones mitteret, hostium manus in
exteriorem murum clam irrepens nocte intempesta,
eumque pro nutu suffodiens (neque enim custodes
aderant, imminutis habitatoribus, et qui intus erant,
eos foras pellere, cum obvii objicerentur, minime
valebant) potiore illius partem in solum disjecere,
ut jam aditus quamplurimis in medium inter mu-
ros spatium pateret, liceretque tuto scalas invehere
et magnum murum ascendere (exteriorem itaque
murum hoc modo pervium sibi fecere); et saepius
interdum sagittas impellere, a quarum jactu ne noctu
quidem abstinere, dum ad parvum murum in pla-
cure illum suffodere potuissent, ni in majore muro
stantes homines jaculis impedirent, ne illos adorti
similia machinarentur, et facerent? Atamen neque
ista ratione, ne opus nostrum pro viribus ageremus,
effecerunt. Sed ante alia eo utebamur instrumento,
cujus strepitum tantum auribus percipiebamus,
factum vero, quod equidem innotuisset, nunquam
vidimus, licet pulveris praeparati copia abundaret
et largiter profuseque omni tempore insumeretur.

10. Haec igitur triduum gerebantur. Nonnulli
deinceps in externas muri partes nocte media
progressi, de salute nostra solliciti, universum
exercitum peditesque, qui Muratem sequebantur,
ad pugnandum esse paratissimos praenuntiant,
statimque atque dies quartus illuxerit, adversus
nos cunctis viribus aggressionem facturum; naves
quoque praeparasse, quibus per mare irrumpens
duplici nos molestia affligeret. Sed maximopere
rationes nostras conturbavit, suspensosque diu
tenuit animos, tanquam quod ingens apportaturum
esset malum; et discruciatibus pectore consistere
consillii nihil poterat. Hoc accepto nuntio sub
vesperam, cum variis necessitatibus urgeremur,
distraheremurque sollicitudinibus quo pacto nos
in bello gereremus, et omnis hominum aetas evi-
gilaret, preces Deo et martyri per
totam illam noctem effundimus, imminens siqui-
dem periculum certumque ante oculos erat. Latini
vero partem littoris pendentes maximi, trium
triremium causa, quae in urbem penetraverant,
ne eas flammis suo adventu Turcae absumerent,
sagittarios ad custodiam murorum dispartitos
secedere, alio atque alio migrantes, jusserunt,
reliquis causam rei ignorantibus et quid e muris
secessio innueret. Etenim si factum plane aperuis-
sent, ad custodiendum scilicet portum et triremes
eos a muris avocari, qui in muris defendendis
remanserant, spe non mala lactati, fugam illam
esse suspicari non fuissent. Sed id alio modo eve-
nit, et eorum a muris secessus maximum in pec-
tora omnium metum iniecit, adeo ut media ipsa
nocte fuga clanculum arrepta, non parva murorum
parte deserta, domum remearent. Haec potissima

causa mali quod eo die advenerat, si humana ratio non fallit, reputata est. Etiam si in muris permanentibus omnibus, et una animo ita dispositis ut pro custodia patriæ vitam voverent, vix urbs conservata fuisset, quamvis ratione, ubi simile accidisset, facili negotio capienda non erat? Sic hisce per Latinos peractis, et propter inexpectatum navium adventum unica triremi pro committenda navali pugna repleta, vera videntur retulisse venti. Nam circa auroram naves ad portum properantibus rēnis impelluntur, ut cogitata absolverent. Sed dum appropinquant, nec adversus se apparatus instructum penetrant, triremis velocitate summa in eos convolat, cogitque ut in fugam versi in terram naves impingant. Sic Turcarum illud consilium extenuatum evanuit. Utinam et diurni mali similia exitus subsecutus fuisset.

χωραὶ κατ' αὐτῶν, καὶ εἰς τοσοῦτον αὐτὰ κατηγάχασεν καὶ εἰς φυγὴν ἐστρεφεν ὡς ἐποκεῖλαι κατὰ τὴν ἡπειρὸν καὶ τὴν τῶν Τούρκων ἐκεῖνην ἐπίνοιαν ἀποδείχθαι ματαίαν. Ἀλλὰ τοῦτου μὲν ἀνώτεροι τετηρήμεθα· εἶθε δὲ καὶ τοῦ κατὰ τὴν ἡμέραν κακοῦ!

14. Quarto igitur die appetente necdum clare lumen hominibus ministrante, ut nobis prænuntiatum fuerat, multitudinem universam in murum festinantem intuemur. Inter hos alii scalas, alii tabulas, alii implexa viminibus scuta gestare; omnes, ut sic dicam, machinas convehere, et ut moris est septi, et nostri excidii sibi veluti hachantes, se invicem ad cladem nostram excitare. Eodem momento nos quoque, uti concedebatur, assurgimus, et bellum ac mortem alacribus animis excipimus. Et hoc quidem viri. At mulieres, etiam de summo loco summoque genere, viriliter mutuas operas tradere, saxa totis animis ad depellendum hostilem impetum deferre; multæque, suæ conditionis oblitæ, virilia opera, adsidentes viris, robusteque, perinde atque illi depreliandi alacres, aggressæ sunt. Moxæ sunt copiæ, tantumque ad muros appropinquarunt ut possent et illæ ex inferiore loco saxa manibus in nos intorquere. Tum eorum duces modum excogitarunt quo illis requiem abunde afferrent, nobis vero laborem assiduum, et nunquam intermissum conflictum. Primum enim decernunt necessario omnem urbis ambitum simul oppugnare, licet magnus labor illis esset suscipiendus tantam urbem percurrentibus et suos ad prælium animose excitantibus, si quando defecissent; deinceps universam multitudinem in partes dividere ut altera alterius laborem mutua vicissitudine diminueret. Tum demum jusserunt partem orientalem omnem et occidentalem ab arce excelsiore ad mare ipsum circumvallare. Cum vero capti faciliorem orientalem agnovissent, tanquam quæ multis suis partibus putrescentibus ægre consisteret, in ea copiosiores et bellicosiores ad confligendum destinant. Muras dispertitis, qui circa ipsum erant, peditibus eadem atque alii ratione a Frigonio ad locum in quo situm est Chortaitæ monasterium, pugna non abstinet. Namque cognoverat et ipse civitatem inde capi facilius posse,

Namque quam plurimi priorum hominum, infortunii commiseratione devictorum, liberalitate, et potissimum Servorum principis, cui prae aliis, quibus caeteros superat, virtutibus praecipuum est in egenos beneficentia, redempti fuerant. Is enim aurum fidis amicis conceditum pro libertate captivorum impendi mandaverat; neque consilio frustratus est, eo siquidem auro multis ab eo missi redemerunt; qui reversi in patriam, ut coniecimus, ad hoc tempus cum aliis, qui ex diversis locis huc accurrere, sunt numero mille. Et si quis simul Turcas huiusce urbis habitatores numeraverit, erunt fere bis mille. Opinabamur vero urbem rursus pristinum decorem recepturam, et pietatem novis floribus emersaturam et, ut antea, longe lateque divagatoram. Et forte effectum habuisset, ni rursus eorum defectorum copia obstitisset datusque esset locus improbitati. Ex quo enim civitas captivitate pressa fuerat, et Murates omnia et aedificia et possessiones et sacra templa et monasteria et eorum reditus nobis revertentibus quoquo modo liberis factis magnifice et scripte et sermone elargitus est, et locis ex omnibus adventantibus libertatem palam edixit, et suas domos et quaecunque immobilia omnes recuperarunt, et ordo omnium et gens universa civitatis secundo augeri renovarique haud improspere coepere, et pastor urbis creatus, et Ecclesia constitit suis institutis conspicua, et monachi monasteria tenuerunt et studiosae admodum eorum augmentis inhiabant, omnesque spe lactabamur bona, et ut breviter me expediam, malorum propter excidium nobis illatorum memoria amissa gaudebamus pro his quae nobis insperato obtigerant; et pristinam felicitatem tranquillitatemque consecuturam urbem sperabamus, tum ex nobis, ut proverbio fertur, lorum sumptum est, et quae expectabantur bona, in contrarium reciderant. προτέραν ἀπολαθεῖν τὴν πόλιν εὐτηρίαν ἡλπίζομεν, καὶ εἰς τούναντίον τὰ τῶν ἐλπίδων περιετράπησαν.

20. Nam Thessalonicam repetens Murates (secundus tum currebat vel tertius post excidium annus) ut eam inviseret, accuratiusque res illius addisceret, et bonis illius frueretur, et muneribus munificis contenderet cum suo progenitore, illiusque vestigiis insisteret qui Thessalonica potius gratias innumeras largitionesque maximas fecit: hac, inquam, fretus mente, illiusque exsequendae causa veniens, postmodum malis aliorum monitionibus distractus consilium pristinaeque sententiae mutavit; et quae, quo capti sumus tempore, non peregit, eo temporis perficere constituit. Igitur, licet ille diceret ideo se venisse ut urbem et singula illius circumspiceret, otioque et laboris remissione viveretur, bonisque illius ad saturitatem luxuriaretur, sicque non minus in eam benevole affectus meliora speranda nobis in posterum relinqueret, nihilominus primum mandatum dedidit, quod ne per somnium quidem quispiam expectasset. Id autem erat monasteria omnia templaque occupanda, eorum reditus omnes possessionesque au-

ferendas, et in angustum oppido res nostras cogen-
das. Quod non multo postea factum ab illis insi-
gniter. Postea omnes domus, et quidquid aliud
præterea in civitate erat, sanxit describi, et separa-
tim præsentium separatim absentium censeri. No-
vum enim consilii genus excogitaverat, aut ab aliis
excogitatum ipse probaverat, præsentium facultates
relinquendas iis in quorum dominio erant, licet ne-
que hoc integre observatum est; absentium, sive
illi in vivis agerent sive ex eorum numero exturbati
mortem oppetiissent, partim reservandas postmo-
dum futuris, partim Turcis vel eam inhabitare co-
actis dedendas. Quod item factum est. Postquam
vero universa urbis diligenter admodum descripta
sunt, nonnullis ex nostris suam operam præstanti-
bus, qui mente improbissima et plane invida con-
ceptum fovebant, numerata sunt accurate nimis
atque considerate, et duas in partes, ut mandatum
fuerat, divisa, tum monasteria magnitudine et decore
illustriora, similiter et ædes quæ alias pulchritudine
ornatuque superabant, suis familiaribus et in digni-
tate constitutis attribuit, tantum nobis quatuor tem-
plis, catholicis dictis, id enixissime pastore procu-
rante, concessis. Reliquas vero omnes ædes templa-
que fere omnia, qui ab aliis locis sedem sibi in ea
collocassent suæque patriæ præposuissent, et Tur-
cis, qui a Genitizis moti fuerant, tradi decrevit.
Genitizæ locus est æquata agri planitie quæqua ver-
sum expansus diei itinere ab occidentali urbis pla-
ga distans, sive sui habitate, sive illius qui primum
in habitationem sibi locum elegerat industria, Tur-
carum accolarum frequentia instructus; quem, ne-
scio qua de causa, animi recreandi ferarumque
immanuetarum capiendarum gratia Murates, cum
in civitatem progredieretur, visens fere habitatori-
bus spoliavit, solum eos vertere qua possent cele-
ritate jubens, et sedem Thessalonice ponere. Jussum
diligenter curatores, nulla interposita mora, exse-
cuti sunt, postquam ille abscesserat, omnesque
Turcas ibi habitantes suo adventu coactos potius
quam suasos Thessalonice advexere, et domus
alias, loco earum quas illi possederant, ut manda-
tum fuerat, dederunt. Ambo hæc itaque, ut opinor,
Murates meditatus est et ita fieri jussit, tum ut
securitate et custodia magis fida urbem communi-
ret maritimam ideoque multis egentem habitatori-
bus, tum ut foro omnium rerum abundantia cir-
cumfluenti, venalibus undequaque connectis, omnes
urbis ad se traheret, et mercaturis commerciisque
diversas nationes indigentes commiscens ex facili
ipsa collocupletata ditesceret.

πραγματειῶν καὶ συναλλαγμάτων ἀπάντων μεταδιδοῦσα τοῖς χρήζουσι καὶ ἑαυτὴν ῥηδίως πλουτίζουσα.

21. His itaque hoc modo digestis, cum Turcæ
mille numero civitatem occupassent et omnium
domos ac templa pro habitatione accepissent, nec
nou promiscue per universam urbem sedem locas-
sent, civitas, veluti lugubri amictu, confusione at-
que immunditia circumvestita est, suo decore,

Α νὰς καὶ νεῶς, πάσα; δὲ προσόδους αὐτῶν καὶ τὰ
κτῆματ' ἀφαιρεθῆναι, καὶ εἰς στενὸν κομιδῆ τὰ
ἡμέτερα κατανεθῆσαι, ὃ καὶ εἰς πέρας ἐκδέθηεν ὁ
μετ' οὐ πολὺ. Ἐπειτα δὲ καὶ καταγραφῆναι πάσας
οἰκίας καὶ εἴ τι προσῆν ἕτερον τῇ πόλει προστάτ-
τει, καὶ χωρὶς μὲν τὰ τῶν παρόντων χωρὶς δὲ τὰ
τῶν ἀπόντων ἀριθμηθῆναι· βουλὴν γὰρ ἐνενόησεν
ἢ ἐδέξατο τὰς μὲν τῶν παρόντων καταλειπεῖν ἔχειν
τοὺς τούτων δεσπόσαντας, εἰ καὶ μὴ καθαρῶς ὁ-
τως ἐξέβη, τὰ δὲ γε τῶν ἀπόντων, ζώντων καὶ
τεθνηκότων, τὰ μὲν τηρεῖσθαι τοῖς εἰσέπειτ' ἐλευ-
σομένοις, τὰ δὲ Τούρκοις δοθῆναι τοῖς ἡρημένοις ἢ
βιασθεῖσιν ἐνοικῆσαι τῇ πόλει, καθάπερ καὶ γέγονεν.
Ἐπεὶ δὲ κατεγράψαν μὲν μετὰ πολλῆς τῆς ἐπι-
μελείας ἅπαντα τὰ τῆς πόλεως, ἐνίων ἐκ τῶν ἡμέ-
τέρων πρὸς τοῦτ' ἐπιτηδείων ὀφθέντων, οἱ καὶ τοῦτ'
ὠδινον ἐκ σκαιότητος, ὄμαι, γνῶμης καὶ φθορεᾶς,
ἠριθμητο δὲ μετὰ πολλῆς ἀκριβείας καὶ διασκέ-
ψεως, καὶ διχῆ κατὰ τοῦπίταγμα διηρέθησαν, τότε
δὴ τὰς μὲν τῶν μόνων ὄσαι δὴ μεῖζους καὶ πρὸς κάλ-
λος φαιδρότεροι τοῖς οἰκίοις αὐτῶ καὶ οὖσιν ἐν
ἀξιώμασιν ἰδωρήσατο, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν οἰκιῶν
ὄσαι δὴ καλλίους ἦσαν τῶν ἄλλων εἰς τε κάλλος καὶ
μέγεθος, μόνους ἡμῖν τοὺς τέσσαρας νεῶς, οἱ καὶ
καθολικοὶ λέγονται, καταλειποῦς, πολλὴν τὴν σπου-
δὴν ὑπὲρ τούτων τοῦ ποιμένου εἰσενεγκόντος. Τὰς
δὲ γε λοιπὰς ἀπάσας οἰκίας καὶ τοὺς νεῶς σχεδὸν
πάντας διωρίσατο τοῖς τ' ἀπ' ἄλλων τόπων ἐβελή-
σασιν ἴσως τὴν πόλιν ἀνθ' ἧς οἰκοῦσιν ἐλέσθαι
παρασχεθῆναι, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν Γενητῶν ἀπανα-
στᾶσι Τούρκοις. Τόπος ὁ οὗτός ἐστι πεδίας ὄλος,
ἡμέρας ὀδὸν ἀπὸ τοῦ κατὰ δύσιν μέρους ἀπέχων τῆς
πόλεως, εἴτε τῇ τοῦτου ἐπιτηδειότητι εἴτε σπουδῇ
τοῦ τοῦτον ἀρχῆθεν ἐκλεξαμένου πρὸς οἰκισιν πολ-
λοὺς ἐσχηκῶς οἰκήτορας Τούρκους. Ὅν δὴ τόπον,
οὐκ ὀδ' ὄπως ἐπὶ θεῶν καὶ ζῶων ἀγρίων θῆραν ὁ
Μουράτης ἐκεῖσε, καθ' ὃν κἀκρὸν ἐνεδήμει τῇ πόλει,
γενόμενος, σχεδὸν τῶν ἐνοικούντων καθίστησιν ἐρη-
μον, ἐπανίστασθαι τούτους τὸ τάχος κελεύσας καὶ
μετοικεῖν εἰς Θεσσαλονικίην. Ὅ δὴ πρόσταγμα καὶ
μετὰ σπουδῆς οἱ πρὸς αὐτὸ τεταγμένοι πεπληρωκῶ-
τες ἐφάνησαν μὴδὲν μελλήσαντες μετὰ τὴν τοῦτου
ἀποδημίαν, πάντας δὲ τοὺς αὐτόθι Τούρκους ἐκεῖσε
γενόμενοι καὶ βίβ' ἄλλοι ἢ παιδοὶ εἰς Θεσσαλονικίην
ἀγροχότες, καὶ οἰκίας ἐτέρας ἀνθ' ὧν εἶχον παρε-
σχηκῶτες κατὰ τὸ πρόσταγμα. Ἄμφω γούν, ὄμαι,
ταῦτ' ὁ Μουράτης ἐσκέφατο, καὶ τοῦθ' οὕτω γενέ-
σθαι προσέταξεν, ἴν' ἀσφάλειαν ἢ πόλις ἔχη καὶ
φυλακὴν ἀκριβεστέραν ἐκ τούτου, παράλιος ὄσσα
καὶ διὰ τοῦτο θεομένη πολλῶν ἐνοικούντων, καὶ ἴνα
τὴν ἀγορὰν πληθούσαν ἔχουσα τῶν ὀνίων ἀπάντων
εἰς αὐτὴν εἰσκομιζομένων πάντας ἔλκη παρ' ἑαυτῆ,

κα'. Τούτων οὖν οὕτω προδάντων, καὶ τῶν Τούρ-
κων εἰς χιλίους ἀριθμομένων τὴν πόλιν κατελη-
φόντων, καὶ πάντων οἰκίας καὶ ναοὺς ἀντὶ οἰκιῶν
εἰληφόντων, καὶ ἀναμιξὲ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν λα-
χόντων τὴν οἰκισιν, ἢ πόλις ὡςπερ τινὰ πενήθηρη
χιτῶνα τὴν ἀκοσμίαν περιεβάλετο, τῆς εὐπρεπειας,

ἥς ἂν ἔτυχε τῆς κακῆς συμβουλῆς μὴ χώραν εὐ-
 ρούσης, ἀφηρημένη, καὶ τὸν στολισμὸν, ὃν οὐκ εἰς
 μακρὰν ἔσχεν ἂν, δυστυχῶς ἄγαν ἀποβαλοῦσα, καὶ
 στένουσα οἶον μετ' οἰμωγῆς ὅτι μὴ σεισμὸς ταύτην
 συνέχασεν ἢ πῦρ παρανάλωσεν ἢ ὕδωρ ἀναδοθὲν ἢ
 νεφέλοθεν βράγην συνεχάλυψε καὶ κατέκλυσε· τοῦτο
 γὰρ ἀνεκτότερον, ἔπει τοι γέ βέλτιον τοῦ τοιαύτην
 ὄρασθαι τὸ μὴδ' ὀπωσοῦν ἐπὶ γῆς ἔσταναι. Οἱ μὲν
 οὖν τῶν ἱερῶν οἰκῶν εἰς κοινὰ καταγώγια μετημει-
 φθεισαν, ὡσπερ εἰρήχειμεν, καὶ τὸ προφητικὸν εἰ-
 πεῖν, ἐν πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ τὰ θυσιαστήρια
 τοῦ Θεοῦ καταβέβληντο· οἱ δὲ λείψανα μόνον τοῦ
 πρώτου κάλλους αὐτῶν καὶ τῆς θέσεως ἀποσώζου-
 σιν. Ἔνοιοι δὲ, καὶ μᾶλλον οἱ πλείους, καταπεπτώ-
 κεσαν τέλειον, ὡς μὴδὲ ποῦ ποτ' ἦσαν γνωρίζεσθαι.
 Διηρπάγησαν γὰρ αἱ τούτων ὕλαι καὶ κτίσμασιν
 ἄλλοις προσετέθησαν καινότεροι, καὶ μάλιστα γέ
 τῷ νῦν ἐπὶ μέσης τῆς πόλεως ὁρωμένῳ καὶ κοινῷ
 βλανεῖῳ. Καὶ μονοουχὶ τῶν γηραιότερων ἔξεστιν
 ἀκούειν ἀνδρῶν ὡς ὧδε μὲν ἦν ὁ νεῶς ὁ δεῖνα, ἔκει
 δὲ ὁ δεῖνα, καὶ ὅσα προσῆν ἐκάστω καὶ κάλλη καὶ
 χάριτες. Καὶ τοῦτο μὲν οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν
 νεῶ. Μοναὶ δ', ἃς πρότερον φθάσας ὁ λόγος ἐδήλω-
 σεν, ἀφορμὴ τοῖς ὁρωσιν Ἰστανται πένθους, μὴ ὅτι
 γέ μοναχῶν ἔρημοι καταστᾶσαι κακῶς ἐξελαθέντων
 καὶ πρὸς ἑτέρας πόλεις μετοικησάντων, ἀλλὰ καὶ
 προσαφηρημέναι τὴν διὰ πάντων λαμπρότητα· αἱ
 τε γὰρ μάρμαροι τούτων ἐξηδαφίσθησαν, ἢ τ' ἄλλη
 ἔπασα ὕλη ἢ πρὸς ἀπαρτίσμων αὐτῶν ἀρχῆθεν συν-
 θεθεμιμένη καὶ κάλλος εἰς διαρπαγὴν τοῖς βουλομέ-
 νοις ἀνείητο, καὶ νῦν ἄκασμὸν τι θέαμα πᾶσιν ὁρῶν-
 ται καὶ τὰς ἀπάντων ψυχὰς κινουσί πρὸς δάκρυα.
 Πολλοὶ μὲν οὖν εἶλοντ' ἂν ἀνεῖ τῆς ἐνεγκαμένης τὴν
 πόλιν, καὶ πλήρης μὲν ἂν ἦν εὐσεβῶν ἤδη, πλήρης
 δὲ μοναχῶν, γέμουσα δὲ θυμηθείας καὶ τέρψεως τῷ
 Χριστωνύμῳ πρεπούσης πληρώματι, εἰ μὴ τοιαύτη
 κατ' αὐτῆς ἀπόφασις ἀπευκταία ἐξήνεκτο καὶ τὰ
 κατ' αὐτὴν οὕτω προὔχωρσε. Νυνὶ δὲ μὴ ὅτι γέ
 πόθον οἱ ταύτην ἐκ μακροῦ καταλαθεῖν εἶχον, μετὰ-
 μελον ἔσχον τῆς προθυμίας, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν τῆς εἰς
 τὴν πόλιν ἐλευσεως μεταμέλει, τῆς ἐλπίδος σαφῶς
 διημαρτηκόσι. Πάντα γὰρ ἄνω καὶ κάτω γεγόνασι,
 τὸ τοῦ λόγου. Καὶ ἡ πόλις ὡσπερ τις ναῦς ἐν πελά-
 γει περισχεθεῖσα κακῶν περιφέρεται, δίχην ἀνέμων
 τῶν καθ' ἐκάστην εἰπεῖν συμπιπτόντων ταραττόν-
 των αὐτὴν καὶ νευτίας πολλῆς καὶ ἰλίγγου πλη-
 ρούντων, καὶ καθαρᾶς εὐδίας ἐπιτυχεῖν οὐκ οὖν ἐών-
 των, οὐδὲ τὸ τῆς εἰρήνης καὶ νηνεμίας Ἰστίον
 πετάσασαν πρὸς λιμένα καλῶν ἐφθακέναι στήναι τε
 ἐπ' ἀγκυρῶν ἀσφαλείας καὶ μένειν ἀσάλευτον. Θεοῦ
 δὲ ἄρα τοῦτο ἂν εἴη καὶ τῆς ἐκεῖνου σαφῶς πηδα-
 λιοῦχίας, καταπρῶνται μὲν τὰ τῶν ἐπερχομένων
 κορυφούμενα κύματα, ἰθὺναι δὲ πρὸς γαλήνην, καὶ
 σωτηρίαν χαρίσασθαι, καὶ δοῦναι πρύμναν κρού-
 σασθαι τοῦ λοιποῦ καὶ πλεῦσαι δεύτερον, ὃ φασί,
 πλοῦν, μεταβεβλημένων ἀπάντων ἐπὶ τὸ βέλτιον
 καὶ ὃ συνοίσει τῇ πόλει, μεσιτεύσαντος τοῦ ἡμεδα-
 ποῦ τροπικιοῦχου καὶ μάρτυρος, καὶ τῶν τῆς πα-
 τρίδος οἰκῶν αἰθῆς εἰπεῖν ἐπιλαθομένου, καὶ πρὸς

A quem utique consecuta fuisset si malum consilium
 locum non habuisset, spoliata, et ornata, quem non
 multo post possedisset, orlata, et non sine genitu
 suspirans quod aut terræ motus non absorberit,
 aut ignis non absorberit, aut aqua alicunde erumpens
 vel e nubibus decidens non coopereruerit et
 inundaverit: hoc enim tolerabilius fuisset, quando
 multo melius est eam nusquam exstare quam hoc
 modo visui hominum obiecti. Sacra igitur templa in
 publica diversoria immutata sunt, ut prænaratum
 est, et ut cum propheta loquar, in securi et ascia
 Dei propitiatoria disiecta sunt: namque alia prio-
 ris sui decoris et situs tantummodo reliquias profu-
 runt, alia, quoniam imo major eorum pars, prorsus
 conciderunt, ut nec ubi aliquando steterint agno-
 scatur. Direpta siquidem eorum materia structuris
 aliis recentioribus applicata est, et potissimum balneo,
 quod nunc media in urbe commoditati publicæ
 erectum conspicitur; tantumque ab ætate provec-
 tioribus fas est audire: hac in parte templum tale
 erat, ibi tale, et quæcunque ea exornabant, venustas
 et gratiæ. Et hoc quidem, per omnia civitatis
 loca, templa passa sunt. Monasteria, de quibus au-
 tea nostra oratio disseruerat, in maximum mæro-
 rem intuentes abstrahunt, non tantum viduata mo-
 nachis turpiter ejectis et ex patriis peregrinas in
 aedes pulsas, sed suo splendore ac pulchritudine
 spoliata, marmora siquidem eorum in solum disiecta
 et materia reliqua, ad perfectionem atque ornatum
 antiquitus exaggerata, rapinæ volentium cessere,
 et nunc spectaculum sine ullo cultu fœdum ac de-
 formatum, circumspectantium animis lacrymas ex-
 torquent. Et multi sane hanc civitatem patriæ præ-
 posuissent; adeoque piis hominibus repleta, repleta
 monachis, lætitia júbiloque Christiano cœtui non
 dedecentibus onusta, in hilaritatem conversa maxi-
 mo gaudio frueretur, nisi adeo execranda senten-
 tia lata fuisset. Et res quidem urbis ita se habuere.
 Nunc porro, qui a longioribus oris illius potiundæ
 desiderio exardebant, eos sui desiderii, sed nos quo-
 que in eam reditionis pœnitet, cum spes melioris
 status penitus sublata sit. Susque deoque enim om-
 nia facta sunt, ut proverbio circumfertur; et urbs,
 veluti navis alto malorum mari oppressa, circuma-
 gitur: ventorum enim instar, quæ singulis diebus
 occurrunt, eam inturbant et nausea vertigineque
 complent, et vera potiri quiete non permittunt, vola
 licet pacis et tranquillitatis expanderit, ut ad por-
 tum bonorum appellat, et ancorarum securitate firmetur,
 maneatque inconcussa. Dei igitur suæ it, et,
 illius plane gubernationis, rerum advenientium tu-
 midos fluctus sedare, ad tranquillitatem dirigere
 salutem elargiri, concedereque ut in posterum pup-
 pim inhibeamus et secunda navigatione, quod dicitur,
 utamur, omnibus in melius immutatis, ut, quicquid
 fuerit, civitati conducat, deprecatore se pro
 nobis præbente nostro tropæali et martyre, rursus-
 que patriæ gubernacula suscipiente, et adversus tunc
 calamitatum immodicos montes suam potentiam

usurpante; neque diu bonum differatur, Deo pro-
pitio oculo inspectante, et suo more nobiscum, qui
in eum delinquimus, humaniter agente.

22. Et hæc hinc usque processere: licet nos ex
illis quædam sponte, tempore id nostra dicendi im-
becillitate, silentio involverimus; cumque tuum nos
rogatum refringere non possemus et inobedientiæ
notam incurrere, ut nobis licuit, præsentem nos nar-
rationi dedidimus: hoc enim et in exordio promi-
simus, nihil nos ultra propriam facultatem cona-
turos. Quare, si quid tuo desiderio dignum aut argu-
mento compar, peregrisse videbimur, tuum id fuerit
et tuarum pro nobis supplicationum: sin res in om-
nibus infelicitate cecidit, id quod necessario futurum
erat, quidquid nobis delatum fuerit munusculi, ju-
stum erit te quoque participem fieri, qui nos infan-
tes atque imprudentes ad opus hoc excitasti, quia
aliquid esse nos, qui nihil sumus et id ubicunque
etiam contentiose profitemur, existimasti. Ego ve-
ro gratiam rei referri mihi preces tuas enixissime
exoro, quam maxime venerande pater: mihi enim
multorum scelerum conscius tuarum precum opem
imploro, ut illa abluantur.

*Joannis Anagnostæ pro viribus acta Monodia de
excidio urbis Thessalonicensis.*

Quis, sciens casibus eventibusque rerum fatali-
bus planctus exæquare, digne Thessalonicensium
urbem deploraverit? Urbs enim hæc, quantum re-
liquas alias felicitate, mensura non parva, supe-
ravit, rebus in omnibus semetipsam conspicuam
ac desideratissimam commonstrans, tantum hoc
ævi infelicissimo infortunio mactata, omnis generis
lacrymarum argumentum proponitur. Quibus enim
vel minimo tempore bonis illis perfrui concessum
est, nihil de ea aliud occurrit quam quæ desperationem
auido conciliant et fontes lacrymarum ex
oculis extorquent. Namque et situ et pulchritudine
multas, magnitudine et rerum abundantia multo
plures civitates exsuperavit. Et quæ prius bonis
omnibus affuebat, atque ab omnibus decantatis
divitiis, nunc (quod utinam avertisset Deus) omni-
bus suis partibus jacet demortua et pessime per-
tractata. O quomodo illa, periinde atque magnes,
omnes ad se trahebat avellensque ab se nullo modo
permittens? sic enim eos detinebat, quos quacun-
que e regione advententis donis excipiebat, vincu-
lisque amicitie indissolubilibus constringebat, ut
præ ea patriam postponerent et de reditu prorsus
memoriam amitterent. Heu, heu! verumtamen nunc
non tantum advenas, quos, ut dixi, illius gratiarum
participes fieri contigit, sed etiam quos ipsa extulit,
omni studio fugam arripere eamque veluti Charyb-
dim alteram perhorrescere et detestari coegit. O
tempus, quænam repente parturis, et quasnam
rebus immutationes inducis! optime te, qui retio

την τοσαύτην τῶν συμφορῶν θάλασσαν τῇ αὐτοῦ
χρησμένου δυνάμει. Γένοιτο δὲ μὴ οὐκ εἰς μα-
κρὸν, ἰλιπὸ τοῦ Θεοῦ ἐπιβέβητος ὄμματι, καὶ
φιλανθρωπευσσάμενου συνήθως ἐφ' οἷς αὐτὸν παραρ-
γίζομεν.

κβ'. Ταῦτα ἐς δεῦρο παρηκολούθηκεν, εἰ καὶ τινα
τούτων ἡμεῖς ἐκόντες διὰ τὸν καιρὸν καὶ τὴν ἡμε-
τέραν περὶ τὸ λέγειν ἀσθένειαν παραλιπεῖν θέον
κεκρίκαμεν. Κάπειδὴ περ οὐκ εἰχομεν τὴν σὴν ἐξίω-
σιν διακρούσασθαι καὶ ἀνηκούσας γρηφὴν ἀπενέγ-
κασθαι, καθὼς ἡμῖν ἐξῆν, αὐτοῦ τῇ παρούσῃ δε-
δωκαμεν διηγῆσαι. Ταῦτο γὰρ καὶ ταῖς ἀρχαῖς ὑπισ-
χοῦμεθα, μηδὲν πλέον τῆς ἡμετέρας δυνάμει
ἐπιβέβησαι. Ὅθεν εἰ μὲν ἀξιὸν τι τῆς τε σῆς ἐπι-
θυμίας καὶ τῆς ὑποθέσεως φανῶμεν ἐργάσασθαι,
ὁδὸν ἂν εἴη τοῦτο καὶ τῶν σῶν ὑπὲρ ἡμῶν προαι-
χῶν· εἰ δ' αὖθις ἀτυχεῖς κατὰ πάντα δόξαιμεν, ὃ
πᾶσα παθεῖν ἀνάγκη, ὅποια τις ἂν ἀμοιβὴ καὶ πά-
λιν ἡμῖν ἀντιδοῦσθαι, δίκαιον ἂν εἴη καὶ σὲ ταύτης
μετεσχηκῆναι, ἡμᾶς ἀμαθεῖς ὄντας παρακαλέσαντα
πρὸς ἔργον τοσοῦτον διὰ τὸ ἡμᾶς εἶναι τι ναμίσαι
μηδὲν ὄντας καὶ τοῦτο πανταχοῦ διατεινομένους.
Ἐγὼ δ' εἰς ἀμοιβὴν τὰς σῆς λιτάς ἀντιδοῦσθαι μοι
θερμῶς ἐξαιτούμαι, τιμωτάτε πατέρ· πολλὰ γὰρ
ἐμαυτῷ συνεγνωκῶς πταίσματα, τῆς ἀπὸ τῶν σῶν
λιτῶν δέομαι βοηθεῖς, εἰς τὴν τούτων ἀπόνησιν.

*Ἰωάννου Ἀναγνώστου κατὰ δύναμιν Μονοδία
ἐπὶ τῇ ἀλώσει τῆς πόλεως Θεσσαλονικίας.*

Τίς ἂν εἰδὼς πάθει θρήνου; ἐξίσουν τὴν Θεσσα-
λονικέων ἀξίως πόλιν ὠδύροτο; Πόλις γὰρ αὕτη τὰς
ἄλλας ὅσον ἐν εὐτυχίᾳ πολλῶ τῷ μέτρῳ παρήνεγκε,
πανταχόθεν αὐτὴν λαμπρὰν καὶ ποθεινὴν δεικνύσα,
τοσοῦτο νῦν ἀτυχέστατα πέπραγε καὶ θρηνηθίας
ἀπάσης ὑπόθεσις πρόκειται. Οἷς γὰρ τῶν ἀπ' αὐ-
τῆς καλῶν καὶ μικρῶν γούν τινα χρόνον ἀπόνασθαι
γέγονε, λέγειν οὐδὲν ἔπεισιν ἄλλο ταύτης γε πέρι
ἢ ψυχὴν ὅσα περ ἐς ἀθυμίαν ἐμβάλλει πηγὰς τε
δακρύων ἐξ ὀμμάτων προχέουσαι παρασκευάζει.
Πολλὰς μὲν γὰρ κάλλι καὶ θέσει, πολλὰς δὲ μεγέ-
θει καὶ τῇ τῶν καλῶν ἀφθονίᾳ μὴδ' ὅσον εἰπεῖν
ὑπερέβαλε πόλεις. Καὶ [α] πρὶν μὲν ἐκόμα τοῖς
ἀγαθοῖς καὶ πλοῦτι τῷ θουλλομένῳ, νυνὶ δὲ, ὡς
μὴ ὠφέλι, φροῦδα γεγένητο πάντα καὶ κακῶς ἀνε-
σχεύαστο. Ὡ πῶς μαγνήτιδος τρόπον εἰς αὐτὴν
ἅπαντας εἴλκεν, ἀποστῆναι τε τούτους οὐδ' ὅπως
τιοῦν συνεχώρει! τοσοῦτον καὶ γὰρ κατεῖχεν, οἷς
αὐτοῦς πανταχόθεν ἀφικνούμενους ἐδεξιοῦτο, δε-
σμοῖς τ' ἀλύτοις φιλίας συνδέει, ὡς ἀντὶ τῆς ἐνεγκα-
μένης αὐτῇ πάντας ἀφείσθαι, καὶ μὴδ' ἐκινώσου
μενησθαι μηκέτι. Φεῦ! ἀλλ' ἤδη μὴ τοὺς ἐξ ἄλλο-
θαπῆς μόνον, οἷς ὑπῆρξεν, ὡς ἔφην, τῶν αὐτῆς ἀπο-
λελευκῆναι χαρίτων, ἀλλὰ καὶ οὐς ἤνεγκε, φεύγειν
εἰς παρεσκευάσθε προθυμῆ καὶ Χάρυβδι ὡς περ
ἐτέραν δεδοικῆναι καὶ τρέμειν. Ὡ χρόνε, ὅλα τι-
κτεῖς ἐξαίφνης, καὶ μεταβολὰς ὡς ἀναπεργάζῃ τοῖς
πράγμασι. Καλῶς σε, πρὸς τὸ παλίντροπον ἀπιδόν-
τες, τροχὸν τὸ τῶν σοφῶν ὠνομάκασι γένος· πάντα
γὰρ ἄνω καὶ κάτω μετατίθης καὶ περιφέρεις. Ὡ

πάλις ἢ πρὶν μὲν ὡσπερ ναῦς ἐξ οὐραίας πλεύουσα, ἄ
 ἔπειτα δὲ καταειδὸς δεινῆς ἐγεργθείσης κακῶς συν-
 τριβείσα καὶ τὴν ἐναποκείμενον πλεῦτον ἀποβαλοῦσα
 καὶ ἀπολέσασα, οὐδ' ἂν εἰς τῶν σοι προσόντων ἀφι-
 κοιτό ποτ' εἰς λήθην ἔκων, εἰ μὴ τῶν φρενῶν ἐξέ-
 στηκεν ὄλωρ. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ σύνδακρυς σοῦ
 μεμνημένος καθίσταμαι, καὶ τὸ προφητικὸν εἰπεῖν,
 σκότος λεπτόν με καλύπτει, καὶ παραμυθίαν ζητῶν
 ταυτά μοι πάσχειν καὶ τοὺς ἄλλους εὐρίσκω. Ὡ
 πῶς σου τὴν πρὶν εὐκοσμίαν ἀφῆρησαι, καὶ ἡ λαμ-
 πρῆτις ἀπέσθη, καὶ τοὺς ὁρῶντας κατηφιᾶν ἀναγ-
 νάζεις. Συγκέχυται γάρ σοι κόσμος ὁ περιχαιμένος
 ἅπας, καὶ τὸ κάλλος, ᾧ σαυτὴν κοσμεῖν εἶχες, ἐξαί-
 φνης ἀπόλωλε. Θάλαττον γὰρ πρότερον μὲν εὐδαιμον
 ἦς, νυκὶ δὲ θεία πᾶσι γέγονας ἀπευκταία, καὶ τοὺς
 ἐνοικεῖν ἐλομένους σοι καὶ ἄκοντας ἀπελαύεις, B
 ὁρᾶν σε μὴ φέροντας ἐν δυστυχίᾳ τοιαύτῃ. Οἱ γὰρ
 σε τροφὸν οἴθασι καὶ μητέρα, τοῖς ἐπὶ μητρὶ κο-
 πτομένοις ἀποιχομένη τὰ παραπλήσια δρῶσι, καὶ
 κατηφείας σε πάντες ποιοῦνται διήγημα. Ὡ παρ-
 όντες, ἐγὼ μὲν καὶ τῶν ἄλλων ὅταν εἰς μνήμην ἦκω
 τῆς πόλεως, πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων, καὶ ὧν
 λόγος οὐδεὶς ἐφαρκεῖ πρὸς διήγησιν, ἰλιγγου πλη-
 ροῦμαι καὶ ἐμαυτὸν ὅπ' ἀθυμίας κατέχειν οὐχ οἶδς
 τε γίνομαι, ἦνίκα δ' ἂν καὶ τὸν κάλλιστον ὄν ἀπο-
 βέβληκε κόσμον λογισάμαι, νεῶς, φημί, θεῖους καὶ
 πᾶ κατὰ πᾶν αὐτῆς μέρος σεμνῶν ἀνδρῶν κατα-
 γύγια, μικροῦ καὶ ἄφροντος τοῦ παρούσιν ὁρῶμαι
 καὶ μόλις ἐμαυτὸν ἀνακτιῶμαι τοῦ πύθους. Ὁφθαλ-
 μῶν γὰρ εἰπεῖν ἦσαν οὕτοι βολαὶ τε καὶ γλῆναι C
 τῇ πόλει, καὶ νῦν κατακοιμηθεῖσαι ζοφερὴν αὐτὴν
 ἀπειργάσαντο πάντη. Καὶ τί μὴ λέγω τὸ κρείττον;
 Ὁρακῶ τε καὶ γῆ ταύτην εἶκασεν ἐν τῆς τὴν πόλιν
 εὐστόχως· τὸ μὲν γὰρ ἄνω τοὺς ἐν ἀρετῇ διαλάμ-
 ποντας οἰκήτορας πρότερον ἔχον μέρος οὐρανοῦ
 σῶζον ἦν στήμα, τὸ κάτω δὲ καὶ πρὸς θάλαττον
 γῆς. Εἰ τις δ' ἂν καὶ συνεκτικὰ εἰκοι στόλους τῆς
 πόλεως, οὐκ ἂν ἠμάρτοι. Ὡ πράγματος; ξένου ἰεῦθα
 πόνοι τῆς ἀσκητικῆς τοῦ παντός ἐτιμῶντο παλαί-
 στρας, νυκὶ θεοστυγῇ διαπράττεται. Καὶ θεὸς ὑπερ-
 τίθεται τὴν ἐκδίκεσιν. Ὡ Θεοῦ ἀνοχῆ, πῶς τοιού-
 των ἠέσχου; Βέλτιον ἂν ἦν τὴν γῆν διασχοῦσαν
 καλύψαι ἢ εὐτόν ταῦτ' ἀμετασχετικῶς εἶναι τὸν τρέ-
 πον. Κρείττον ἂν ἦν ἐν τῆς γῆς ἀνατιναγμῶ ταῦτ'
 καταπεπτωκέναι καὶ μηδὲ λείψανα γούν ἐναπολε- D
 λείφθαι τῷ τόπῳ· τότε γὰρ οὐ τοσοῦτο τὰς τῶν
 ὁρῶντων ψυχὰς ἔδρακνεν ἂν τὸ πάθος. Ἡμῖν μὲν
 καὶ τὸ εἰσιέναι ἐνδοῦ τοῦ θειαστηρίου φοδερὸν εἶ-
 ναι ἐδόκει, καὶ μόνοις ἦν εἰσιτητὸν τοῖς τεταγμένοις
 ἐν τούτῳ, ψυχῇ καὶ σῶμα πρότερον σφίσι καθηρέ-
 μένοις· τὰ νῦν δὲ τοῖς βδελυροῖς φεῦ ἰ ἀνεῖται, καὶ
 τῆς τοιαύτης οὐκ ἀπείργονται τόλμης. Καὶ οὕτε γῆ
 δίσταται καὶ τοὺς κατὰ Θεοῦ χωροῦντας χωννύει,
 οὐδ' ἥλιος ἀνωθεν καταφλέγει, ἢ οὐρανὸς σφοδρὸν
 ὑετὸν καταπέμπει καὶ καταδύει τάνόμημα. Ὅπη
 νοῦ καὶ αἰσθήσεων νῆψαι θείων λογίων ἦδετο μέλη
 καὶ συνάδοντες ἦσαν ἀνωθεν νόες, φωνῶν νῦν ἀφρα-
 τὰ ἀσῆμων κραυγῆ, καὶ τὸ δαιμόνων ἐφήδετα
 φύλον, σιγῶσας ὁρῶν παννύχων ψδῶν ὑπὸ ῥέτιδα;

abs te omnia converti conspexere sapientes, ro-
 tam nuncuparunt, omnia siquidem susque deque
 agis ducisque. U nrbs antea vento secundo adua-
 vigans, postinodum dita tempestate coorta pessime
 contrita, repositis in te divitibus amissis atque deper-
 ditis! nemo equidem tuorum nunquam obliviscetur
 libens, nil mente captus abs te prorsus abierit.
 Ego vero totus lacrymis conspergor, dum tui recor-
 dor, et ut cum propheta loquar, subtiles tenebræ
 me obtegunt, et consolationem quærens eadem et
 alios perpeti reperio. O quomodo tuo pristino deco-
 re spoliata es, et splendor extinctus, et influentes
 mœrorum concilias! ornatus enim omnis, qui te ambie-
 bat, consurbatus est; et pulchritudo, qua te con-
 decorabas, acutum abilit, theatrum siquidem antea
 felix, nunc omnibus abominandum spectaculum
 reidita es; et eos qui tuam habitationem elegerat
 nolentes abigis, tanquam qui te in simili calamitate
 videre non sustinent. Qui enim te altricem et ma-
 trem consistunt, perinde se gerunt atque illi qui
 matrem demortuam efferunt, et mœroris te narra-
 tionem omnes constituunt. O præsentes! ego
 equidem et rerum aliarum urbis memoriam cum
 recolo, quæ multa sunt et ingentia et dicendi ge-
 nus omne superant, statim vertigine opprimor et
 me ipsum continere præ dolore nequeo. Sed cum
 pulcherrimus, quem amisit, ornatus menti occurrit,
 sedes, inquam, sacræ et per omnia sui loca vene-
 randorum hominum sedes, tantum non mutus vocis
 usu amisso adstantibus videor, et vix me ex ea
 turbatione animi recolligo. Oculorum enim illa
 erant urbi, ut ita dicam, jactus atque pupillæ; at
 nunc obdormiscens illam obscuram unde quaque
 effecerunt. Et quid præstantissimum taceo? Cælo
 terræque urbem hanc nescio quis apte assimilaverit.
 Namque pars illius superior, quæ prius habitatores
 in virtutibus præstantes viros continebat, cæli,
 pars inferior et mari adiacens terræ figuram præ se
 ferebat. Si quis vero et columnas urbem continen-
 tes adjiceret, næ is a vero non aberraverit. O rem
 peregrinam! ubi labores exercitatoris palestræ
 ante omnia præferebantur, nunc Deo exosa confi-
 ciuntur; et Deus ultionem reficit in aliud tempus?
 O Dei tolerantiam! quomodo similia sustinisti?
 melius fuisset hiatu terræ omnino absorpta esse
 quam in hunc modum commutata. Optabilis fuisse
 uno terræ motu concidisse, ut ne reliquæ qui-
 dem exstarent. Tum etenim non tantumdem animos
 intuentium ruina lancinasset. Nobis antea et in
 Sancta sanctorum ingressus terribilis reputabatur,
 nec nisi qui illic inserviebant, aditus in illa habe-
 bant, animo et corpore depurgati: nunc vero exse-
 crandis hisce (væ misero mihi!) patent, et a simili
 audacia sese non retrahunt. Et terra non fatiscit,
 ac adversus Deum similia conantes non legit; sol
 desuper non succendit? Cælum magna turbulenta-
 que tempestate demissæ: cælus non mergit? Ubi
 mentis sensuumque sobrietate divinorum eloquio-
 rum mele concinebantur: nunc et simul desuper in-

teelligentiæ canebant, nunc vocum incomptiarum A
 fragor sustollitur et dæmonum chorea subsultat,
 dum cantionum totam noctem pervigilantes admi-
 nistras linguas taciturnas conspiciunt. Væ mibi! qua
 ratione absque lacrymis eorum memoriam repetam?
 ubi vivens ipse, qui, sicut nos, propter nos factus,
 conspiciebatur et angelorum copiæ videre perti-
 mescebant, illic ab impiis dira facinora perpetrantur;
 et fulmina de cælo non cadunt? O loca Deo
 consecrata! qua abundabatis, divina gratia spolia-
 mini, et pipulo a temerariis differimini. Heu, quo
 modo prosperitatis tempus aggressionis et incursio-
 nis factum est, et nos, qui remansimus, opprobrium
 et infamia! Abiere publici conventus et celebritates,
 abiere divinarum effulgierum splendores. Perlit li-
 bertas, monachorum cætus ejectus est; presbyte-
 rorum canities et diaconorum gravitas omnium ir-
 risione læduntur. An non vita injucunda et acerba,
 minusque est nobis emori quam vivere, tot diris
 doloribus quotidie oppressis? Sane idem atque ego
 sentient qui compati in similibus assolent. Sæpius
 itaque mecum ipse addubitavi qua de causa hæc
 nobis obvenerint et qua ratione In tanta mala inci-
 derimus; inv-nique dubitationi meæ satis fieri a
 divino eloquio: « Erit, dicente, terra vestra deserta
 et villæ vestræ desertæ, quoniam vos ambulavistis
 ad me obliqui, et ego ambulabo ad vos in iracundia
 obliqua. » Hinc plura dicendi finem faciens silentium
 præfero. Namque qui non ignoscibilia deliquerunt,
 eos Deum sibi propitium reddere, non prolixas
 contexere orationes in sui ostentationem addeceat.
 Nos enim eorum quæ evenere causa fuimus, ut ille
 dixit, qui similia semina projecimus. Quare quidquid
 pietatis et rectorum dogmatum est, nos, qui ex vir-
 tute nascentia opera negleximus, rursus omni stu-
 dio amplectentes, Deum nobis propitium reddere, quibus ille gaudet actionibus, modis omnibus con-
 tendamus, ut inde postmodum palinodiam summa cum animi lætitia cantemus.

γλώττα. Ομοί! πῶς ἂν ἀδακρυτὴ τὴν τούτων
 μνήμην ἐνέγκοιμι; Ἐνθα ζῶν αὐτὸς ὁ καθ' ἡμᾶς θεὸς
 ἡμᾶς γενόμενος καθωρᾶτο, δημὸς τε συνεστέλλετο
 βλέπειν ἀγγέλων, ἔργα τοῖς ἀνιθέοις παρανομίας
 τολμᾶται. Καὶ σκηπτοὶ οὐρανόθεν οὐ καταφέρονται.
 Ὡ τόπων θεῶ ἀφωσιωμένων! ἦν ἐπλουτεῖτε θείαν
 ἀφῆρησθε χάριν, καὶ τοῖς τολμηταῖς παρὰ φαῦλον λο-
 γίζεσθε. Ὡ πῶς; ὁ τῆς εὐήμερίας ἡμῶν καιρὸς ἐπιθέ-
 σως; καὶ καταδρομῆς γέγονε, καὶ καταλειφθέντες
 αἰσχύνῃ καὶ θνείδος γεγενήμεθα. Οἰχονται πανηγύ-
 ρεις, οἰχονται θείων ἐκτυπωμάτων λαμπρότητες.
 Ἀπόλωλε παρῆρησία· τὸ τῶν μοναχῶν ἀπελήλαται τάγ-
 μα, καὶ πολιὰ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων σεμνότης
 ἐν τοῖς ἀτίμοις λογίζονται. Ἄρ' οὐκ ἀδίωτος ὁ βίος
 ἡμῶν ἐστὶ, καὶ ἦττον τοῦ ζῆν τοῦ θανατεῖν ἐστὶ πι-
 κραις οὕτω βαλλομένοις καθ' ἑκάστην δύναις;
 Ἥπου γε πάντες ἂν μοι συμπθέγγζαινο οἱ πάσχειν
 ἐν τοῖς τοιοῦτοις πεφύκισαν. Ἠπόρησα οὖν πολλὰ-
 κίς κατ' ἑμαυτὸν ἂν' ὅτου ταῦτα, καὶ πῶς εἰς
 τοσοῦτον ἤκομεν ἀκοπραγίας οἱ πεπονοότες. Καὶ
 εὗρον λύοντά μοι τὸν θεῖον λόγον τὴν ἀπορίαν,
 « Ἔσται, λέγοντα, ἡ γῆ ὑμῶν ἐρημος καὶ αἱ ἐπαύ-
 λεις ὑμῶν ἐρημοί, ὅτι ὑμεῖς ἐπορεύθητε πρὸς ἐμὲ
 πλάγιοι, κἀγὼ πορεύσομαι πρὸς ὑμᾶς ἐν θυμῷ
 πλάγι. » Ἐνθεν τοι καὶ τοῦ πλείω λέγειν ἀφέμε-
 νος τὸ σιγῆσαι τετιμηκα. Θεὸν γὰρ ἐξίλεισθαι ἀσύγ-
 γνωστα πταίσαντας καὶ μὴ μακρογορεῖν κατ' ἐπί-
 δεξιν χρῆ. Ἡμεῖς γὰρ τῶν φύτων αἴτιοι, κατὰ
 τὸν εἰπόντα, τοιαῦτα σπέρματα καταβδελυκότες.
 Πᾶν τοιγαροῦν εὐσεβείας ὅσον καὶ δογματῶν ὀρθῶν
 τρόφιμον τῶν κατ' ἀρετὴν, ἂν ἡμεληκότες ἐφάνη-
 μεν ἔργων, αὐθὶς ἐπιλαθέσθαι σπουδῆν εἰσενέγκαν-
 τες, θεοῦ τυχεῖν εὐμενοῦς, ἔργοις οἷς χαίρει, πᾶσι
 τρόποις ἀγωνισώμεθα, παλινωδιᾶν ὡς ἂν ἐντεῦθεν
 ἔσωμεν χαριστάτα.

SÆCULO XV

GEORGIUS PHRANTZES

NOTITIA

(Fabric. *Biblioth. Gr.* ed. Harles. t. VIII.)

Georgius Phrantzes, illustri genere, et imperatorem ipsum (a) per affinitatem contingente, natus est CPoli 30 August. a. C. 1401 (b). Parentibus a. 1417 pestilentia correptis et extinctis, inter imperatoris

(a) Soror Phranzæ nupsit Gregorio Palæologo Mamona, magni ducis Mamona filio, ut ipse testatur libro I, cap. 38. Illud Gregorium genti Augustæ Palæologorum accenset Cangius in *Familiis Byz.*, p. 254. Uxorem quoque Phranza duxit, a.

1458, Helenam, Alexii Palæologi Examplaconis filiam, ex qua filios tres filiamque unam suscepit. Vide eum II, 17.

(b) Phranzes ipse lib. I, cap. 21.

Manuelis Palæologi cubicularios (c) et biennio interfecto inter secretarios receptus, tum eilem Manuelli. tum filiis illius Joanni (cui a moriente patre singulariter commendatus (d) fuerat,) et Constantino charus, varias legationes pro illis obit : consilio atque opera utrique adfuit, Glarentzam in Peloponneso recepit, Constantinum ad Patras a. 1429, objecto corpore suo, exemit hostibus, et pro eo capti se (e) passus est. Restitutus interfecto tempore protovestiarii (f) munere a. 1452, et præfectura Spartana a. 1446, (g) auctus fuit; cumque ad firmandum Constantinum post Joannem, fratrem, a. 1448 extinctum, successionem in imperium adversus fratrem illius Demetrium (h), adfuisset, et ad magni logothetæ (i) dignitatem ab eo fuisse eVectus, non diu post, capta a Turcis a. 1453 CPoli, et ipse cum omnibus suis venit in potestatem Turcarum (j). Inde venilitus et in libertatem iterum assertus, in Peloponneso primum apud Thomam Palæologum despotam, Constantini fratrem, versatus, uxorem a servitute asservit, et, Peloponneso etiam a Turcis capta, in Italiam se recepit, Romaque et Venetiis lustratis Corcyram reliit, atque monachi habitum amplexus, pro Georgii nomine Gregorius (k), uti uxor ejus pro Helena Eupraxiæ nomine appellari voluit a. 1468. In hoc monasterio a Corcyreis quibusdam nobilibus viris rogatus scripsit *Chronicon rerum Byzantinorum libris IV* ab a. C. 1401 ad 1477 (l), quo ipso anno, die 29 Martii, inopia, morbo et senectute fractum illud absolvisse se, ipse in calce libri postremi auctor est. Incipit similiter ut Acropolita : Τὸ τῆς ἱστορίας χρήσιμον καὶ πρὸς ἡμῶν οἱ πολλοὶ συγγραψάμενοι. Hoc opus Græce necdum lucem vidit (m). At Jacobus Pontanus, S. J., Græcum codicem nactus in bibliotheca Bavarica Monachiensi (n), quæ abundare ipsi aut aliena esse videbantur, omisit (o), cætera Latine vertit, et *tribus libris* distinxit capitulisque subdivisit, notis etiam et explicatione dignitatum illustravit, atque ita contractum Latine edidit, ad calcem Historiarum Theophylacti Simocattæ, Græce et Latine vulgatarum, Ingolstadt. 1604, 4 (p). Sed Pontanum ipsum de Phrantzæ opere et sua editione loquentem audiamus : « Opus autem auctore suo hunc in modum distributum est. Primo libro de quatuor (tot enim facit) sex imperatores Palæologos complectitur, quorum princeps est Michael, quem Comnenum cognominat (fuerunt quippe Palæologi materno genere Comneni, ut ex initio historiæ apparebit), is qui Constantinopolim per annos sexaginta, plus minusve, a Latinis obtentam recuperavit. Ultimus illorum sex est Manuel, in quo liber finitur. Secundo res Joannis, filii Manuelis, persequitur. Genuit autem filios senos Joannem, Andronicum, Theodorum, Constantinum, Demetrium, Thomam. Tertium fratri et successori Joannis, Constantino, dat : quo imperante, et quidem paucissimis annis, Constantinopolis vi et armis devicta, in Turcarum impiorum ditionem concessit. Quartum, eundemque postremum, in dissidiis et intestinis duorum fratrum Palæologorum, Demetrii puta et Thomæ, bellis in Peloponneso, et Mahometis II, qui Constantinopolim subegit, fraudibus ac rapinis ibidem describendis potissimum ponit, universamque narrationem paulo supra annum Christi 1259, quo Michael Palæologus imperium inivit, exorsus, ad annum 1477 producit, atque ita annos minimum 218 comprehendit, tantillo libro, chartis tribus : utinam vero etiam ita doctis et laboriosis, ut is de quo istud poetâ Veronensis cum admiratione affirmavit.

« At enim quoniam scriptor iste *περὶ ἀξίωσιν* seu digressionum refertior est, et earum multe ad historiam ipsam prorsus nihil pertinent, quin potius ejus gravitati et dignitati offiunt, ac proinde non sine jactura modo, verum etiam commode et utiliter abesse possunt, consilium fuit, his prætermissis totum corpus (tametsi per se haud ita magnum) compendio quodam cogere, quæque libro quarto insigniora magisque memorabilia reperiuntur, ea tanquam accessionem ad ædes cum tertio conjungere, et hac ratione ipsum tertium cumulationem efficere. Quem enim, obsecro, secta Mahometana, ex Joannis Cantacuzeni contra eandem sectam orationibus tot paginis descripta et reprehensa, delectet? Odio plusquam Vatiniâno Mahometismum odit Protovestiarius, atque hoc propter Turcas. Ideo se tenere non potuit quin repertorem illius, et sane pluries, exagitaret, ejus genealogiam, mores, incrementa, dogmata insectaretur. Sed nunc non erat his locus, ait Flaccus. De cometa viso cum agit, quid illic complura meteora, ut fulgur, fulmen, tonitru, terræ motum, ipsorum cometarum generationem, elementorum quoque rationem, philosophica, inquam, οὐ πάνυ φιλοσόφως explicare attinet? Res suas, easque minutas sæpe, et quas magnopere scire nullus cupiat, frequentius et ambitiosius adducit. Non schisma et defectionem Græcorum ab Ecclesia Romana (quod tamen toti occidenti est persuasissimum), sed peccata, ut Ninivitarum aliorumque populorum, et oraculum de Ismaelitarum (unde Turcæ sint propa-

(c) Lib. I, cap. 38 et 41.

(d) Lib. II, cap. 1.

(e) Lib. II, cap. 3 seq.

(f) Phranzes lib. II, cap. 10, et in præmio : *Ad hunc modum ego quoque Georgius Phranzes et protovestiarius, etc.*

(g) Lib. II, cap. 19. Lib. III, cap. 1.

(h) Lib. III, cap. 6.

(i) Confer. Hanckium, p. 661 seq.

(k) Phranzes ipse in præmio et lib. III, cap. 29.

(l) Non 1457, ut legitur in Vossii *Hist. Græcis*, lib. II, cap. 30.

(m) Tempore scilicet Fabricii, nunc editum esse

postea cognoscemus. Harr.

(n) Cod. 203. In catalogo mss. Bavaricæ, pag. 75, male excusum Φαντζῆ pro Φραντζῆ.

(o) Allatius *De Georgiis*, pag. 426 : Pontanus, in aliis laudem nec contemendam promeritus a nonnullis reprehenditur, primum, quod Græce non ediderit, secundum, quod opus obruncatum ac in epitomen redactum, non integrum emisit. Adde Casimiri Oudini commentar. de scriptoribus eccles., tom. III, pag. 2598 seq.

(p) Ex typographia Adami Sartorii. Dein illud opus ex Pontani edit. recusum est cum Græcæ *Hist. Byzantina*. Venet. 1753, fol. Harr.

gati) imperio augendo, qua de re scriptum est in Genesi, hæc, inquam, in causa fuisse cur perierint, Latinosque a Græcis potius quam Græcos a Latinis descivisse, longa disputatione contendit. De quatuor monarchiis, etiam ex prophetis Daniele et Zacharia, fusius disserit. Symbolum item Nicænum, secundum singula verba e Scriptura sacra tam Novi quam Veteris Testamenti contextum et collatum demonstrat. Tandem capita quædam fidei proficietur, quod solemne fuit ad monachorum ordinem sese aggregantium in quibus ipsis quædam non Romana et catholica cernuntur. Hæc et hujus farinae alia ad historiae nihil facere, lectorique molestiam magis creatura, qui non videt, nihil videt. Porro, quæ libro primo de Osmanidarum imperatorum origine, successione, rebus gestis de insula Creta, et adversum Barbaros propter eam perpetratis disseruntur, ac præterea alios quosdam locos, etsi historiae minus proprios, minus tamen ab ea alienos, nec inutiles, et graves reliqui. Nec vereor, ne quis factum hoc meum secus interpretetur, qui clarissimos utriusque linguæ historicos, aliosque scriptores egregios similiter ob solam longitudinem in epitomas contractos non ignorat, quos in præsentia nominare nihil necesse est. Quod lib. III, ex narratione senis cujusdem de rebus Indicis parum credibilia refert, sciendum, apud Plinium et Diodorum Siculum haberi similia. Ad hæc quædam obscura et intricata, scribæ an auctori vitio danda? detraxi, nullo rerum notabili detrimento, in quorum intelligentia, ut quis diu se torqueret, operæ pretium non est visum. Prudenter enim Nicetas in vestibulo seu præfatione operis sui, qua historiam eximie si quisquam alius commendavit: *Quidquid enim non apertum est, atque in promptu positum, historia abominatur; quidquid simplex et naturale est, et intelligentiæ obvium, libenter admittit.* Protovestiarius ipsemet undecim libros Nicephori Gregoræ in sex prima capita libri primi, quasi in angustissimum carcerem nimia propemodum brevitate coarctatâ compegit. Quæ ipsa capita, quod erant longiuscula, nos in multa diduximus, et alioqui in capitum numero languidineque per totos libros constituta ac definienda nostro iudicio parvimus. Et quoniam epitomen conficiebamus adhuc alia quædam omisimus, cum præsertim involutiora essent, de quibus suo loco. Ter, quater libro primo ad supplementum, paucillum verborum ex Gregora et Laonico aspersimus. Atque hic te, lector, monitum volo, ad ea, quæ libro jam nominato traduntur, uberius cognoscenda, lectionem Gregoræ, nec hujus tantum, sed et Joannis Cantacuzeni, superiore anno a nobis in Latium conversi, multaque aliter quam ille narrantis magnopero profutura. Hæc Pontanus, qui pag. 504 notis suis Græce inseruit omissum in versione sive epitome sua Andronici junioris imperatoris pro Monembasiotis diploma sive bullam, et pag. 309, Besariensis cardinalis epistolam quam ad pædagogum filiorum Thomæ Palæologi, Anconam illo misit, et Meursius deinde Græce ac Latine subjunxit Hesychii illustris opusculis Lugd. Bat. 1613, 8, vulgatis. Denique pag. 317 et 325 Græce et Latine Pontanus addidit Georgii Trapezuntii epistolam ad Joannem Palæologum, qua eum invitat ut triremibus ab Eugenio IV missis imperator in Italiam ad synodum naviget.

De Phrantzæ opere, quod ms. Græce fuit etiam in bibl. regia Scoriaeensi, atque in Ambrosiana Mediolanensi, quemadmodum et Barberina hodie asservatur (q), ita statuunt eruditi (r), ut obsidionem et expugnationem CPoleos accuratissime ab eo descriptam esse nemo dubitet, alioqui multa, parum ad rem facientia, parumque accurate ab eo tradita esse conquesti sint multi. Nicephorum Gregoram ab eo etiam ubi errat, exscribi, notat Allatius ad Acropolitam, pag. 220, 264, 270, confundere omnia ac mutilare pro libidine pag. 250. Idem oscitantiam ejus reprehendit libro *De consensu utriusque Ecclesie*, p. 776. Ex Acropolita procœmium, et quæ ab urbe, a Latinis direpta, ad Græcis recuperatam, narrat, per summas transcripsisse, notat p. 426 *De Georgiis*.

Græce loca e commentariis Phrantzæ historicis producit Allatius in eodem opere *De consensu*, p. 4, et alibi, neque aliunde hausit, quæ Græca Phrantzæ laudat Cangius in Glossario Græco. Notandum autem est, Allatium habuisse opus diversum ab eo quod in epitomen contractum Latine Pontanus edidit. Ita enim ille diatriba Georgiis, loco laudato: *Servatur penes me ejusdem Phrantzæ Chronicon, diversum omnino ab edito. Incipit ab a. 1402, finit in annum 1477, nescio an ab ipso auctore, ne prolixitate operis lectorem fatigaret, in compendium post primum Chronicon concinnatum, an prius etiam, quam prolixam ederet, veluti memorie fulcrum, et materiæ argumentum præparatum fuerit. Quidquid tamen sit, eloquio barbarum, et locutione e trivio petita, habet in se nulla, quæ aliunde non occurrunt, et distincte omnia prosequitur: in eo tamen minime laudandum, quod minutissima quæque et nullius dignationis commemoret, satis in angustiis domesticis enarrandis curiosus et loquens. Sic exorditur: Οἱ κτρδ; Γεώργιος Φρανζῆς, ὁ καὶ πρωτοβαστάριος, Γρηγόριος τὰ χα μοναχός, ταῦτα ἔγραψεν ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν καὶ τινῶν μερικῶν γεγονότων ἐν τῷ τῆς ἀθλίας ζωῆς αὐτοῦ χρόνῳ ἀπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γεννήσεως κατ' ἔτα. Πρῶτισπιμ: Καλὸν ἦν μοι ἢ οὐκ ἐγεννήθην, ἢ παιδίον ἀποθανεῖν (1).* Contuli cum ms. codice Neapolitano

(q) Codex Monachiensis est, teste Altero, perquam vitiose scriptus. Præter ea adhuc exstant Phrantzæ cod. in bibl. Neapolitana Augustin. S. Joan. ad Carbonar; et in reg. Taurin. in cod. 102 et 246 V. cat. codd. Gr. Taur., pag. 213 et p. 366: quorum posterior conspirat cum eo quem Allatius habuit,

et diversum esse ab eo Chronico quod Pontanus in epitomen redactum Latine edidit, testatus est loco ab Fabricio postea memorato. Hant.

(r) Vide Hanckium, *De scriptoribus hist. Byz.* pag. 667 seq.

(1) Phrantzæ Chronicon abbreviatum dabimus infra ex editione card. Ang. Mai, *Auct. class. t. IX. Rom.*

bibliothecæ SS. Apostolorum Clericorum Regularium, et ut conjicio, asservatur quoque Scoriali in bibl. regia. Γεωργίου τοῦ Φραντζῆ περὶ τινῶν γεγονότων ἐν τῷ κατ' αὐτὸν χρόνῳ. Idem Allatius Contra Creyghtonum p. 417, vocat expressivè compendiosam Phrantzæ, et ms. apud se esse testatur.

In editione Pontani, III, 29, pag. 219, testatur Phrantzes, æ, antequam habitum monasticum indueret, *Confessionem fidei* edidisse, atque in *expositione symboli* ostendisse, unde a SS. Patribus illud fuerit compositum. Illam confessionem, sive expositionem, utrum a Simeone Thessalonicensi mutuatus Phrantzes sit, Allatius addubitat : cæterum Pontanus in versione sua historie, cui ab auctore inserta fuerat, eandem ut alia multa rescidit. FABR.

Phrantzæ Chronicon editum est ex cod. Monachiensi, Græce, in usum Græcorum, a cel. Altero, prof. Gr. litt. in universitate Vindobonensi, et sic inscriptum : ΧΡΟΝΙΚΟΝ ΓΕΩΡΓΓΙΟΥ ΦΡΑΝΤΖΗ τοῦ πρωτοβεστιαρίου εἰς τέσσαρα βιβλία διακεθέν· ὑπὸ πρώτον ἐκδοθὲν ἐπιμελεῖα ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ ΚΑΡΟΛΟΥ ΑΛΤΕΡ, διδασκάλου τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου. Δαπάνη δὲ καὶ γράμμασι τῶν Μαρκίδων Πουλίου. Ἐν Βιέννῃ τῆς Αὐστρίας. Παρὰ Μαρκίδ Πουλίου. ἀφῆς' 1796. fol. In proœmio, Græce scripto, disserit doct. Alter de Phrantza, ejus Chronico atque codd. de Pontano, de Bianconio, qui ante Alterum editurus erat id Chronicon, de cod. Bavarico, et de iis, quæ subjicit, opusculis, horumque auctoribus atque codicibus. Postquam pauca dederat Pachonii cujusdam scholia — ad Phrantzæ libros II, e cod. Bavar. descriptos, tum synopsis Phrantzæ librorum capitumque et indicem locorum SS: a Phrantza citatorum, tabulamque correctionum, ab ipso factarum, confecerat : addidit 1) p. 139 — 149, Ἐκθεσιν τῆς ὁμολογίας τῆς πίστεως τῶν Λατίνων, scriptam et missam a Gregorio, pontifice Romano, ad Germanum, patriarcham CPolitanum et Germani responsionem, ex cod. Vindobon. theol. Lambec. 64, et Nessel. CLXVIII. 2) p. 149. Nihil, patriarchæ CPolit. epistolam ad Urbanum, pontif. Rom. primum editam e cod. Vindob. histor. apud Nesselium XLVIII. 3) Athanasii symbolum pag. 149, de quo plura disserit in præf. p. 13 sq., ex cod. Vindob. theol. Nessel. 245. 4) symbola SS. apostolorum, Nicænum et CPolitanum ex cod. Cæsar. theol. Nessel. 190. 5) Ἱστορίαν πολιτικὴν Κωνσταντινουπόλεως, recusam ex Martini Crusii *Turco-Græcin* Basil. 1584, fol. conf. len. A. L. Z. a. 1797, n. 57, et ipsum Alter. in indice suorum scriptorum, subiecto ejus libro : *Ueber Georgianische Litteratur*, Vindob. 1798, 8, p. 203 — 213. Idem p. 71 ac 205 et 209 spem facit secundæ edit. cui adjecturus est versionem Latinam, pluribus lectoribus necessariam. ac glossarium Græcitatæ Phrantzæ cum aliis ineditis, ad historiam Byzantinam spectantibus. HARL. (1).

(1) Alteri editio repetita est Bonnæ anno 1839, Jacobi Pontani interpretatione, ubi vacabat, suppleta. EDIT.

ΧΡΟΝΙΚΟΝ ΓΕΩΡΓΓΙΟΥ ΤΟΥ ΦΡΑΝΤΖΗ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΒΕΣΤΙΑΡΙΟΥ

— ANNALES GEORGII PHRANTZÆ PROTOVESTIARIL

— ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

1-3 Τὸ τῆς ἱστορίας χρῆσιμον καὶ πρὸ ἡμῶν οἱ Α ἐπῆλθεν εἰπεῖν, ταῦς ἂν καὶ ἡμεῖς εἶρῃν ἔχομεν. πολλοὶ συγγραψάμενοι διωρίσαντο· καὶ ἄρα ἂν τί γὰρ καὶ εὐροίμεν καινότερον νόημα τοσοῦτον

PROŒMIUM.

Historiæ quanta sit utilitas scriptores ante nos cenda, eadē nos possumus in medium proferre. plerique docuerunt, et quæ illis se obtulerunt di- Quid enim novi excogitemus post tot viros, qui hi-

ιστορησάντων και σύμπαν τῆς ιστορίας ἀποφνη-
μένων ἐν τοῖς σφετέροις συγγράμμασιν; Τάχα δὲ ὁ
πλέον ἐκείνων ἐν τοῖς νῦν προκειμένοις ἡμῖν λέξειν
ἄξιον, ὅτι τοῦτό γε ἂν τῆς ἡμετέρας συγγραφῆς
προβαλούμεθα. Τὸ δὲ ἐστὶν ὅτι καινότερων ἡμῖν
προκειμένων πραγμάτων, ἃ μήπω τις γραφῆ ἡ-
ραδεδόκει, καινότερον συμβαίνει εἶναι και τὸ ὠφέ-
λιμον ἐκείνων ἐν γνώσει τῶν ἀνθρώπων γεγενημέ-
νων, ἅπερ ὁ βέων χυδῆν λόγος οὐκ ἀληθῶς ἀπο-
φαίνεται. Οἱ μὲν οὖν τὰ καθ' ἡμᾶς ἱστορικῶς
συγγραφάμενοι ἄλλην ἄλλως πεποίηται τὴν ἀρχὴν·
οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως ἤρ-
ξαντο, οἱ δὲ ἐξ ἀξιολόγου τινὸς τῆς ἀρχῆς, ἢ Περ-
σῶν ἢ Ἑλλήνων ἢ Ῥωμαίων ἢ ἄλλου οὐτινοσοῦν
τῶν ἔθνῶν, ἕκαστος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ σκοπὸν τὸ
οἰκεῖον καταρτιζόμενος σύγγραμμα. Καὶ ἡμῖν οὐχ
ἥκιστα οὕτω τὰ τῆς συγγραφῆς τελεσθήσεται. Τὰ
μὲν γὰρ ἅπαντα τὰ ἀπ' ἀρχῆς γεγενημένα εἰς τοῦ
κόσμου γενέσεως πολλοῖς τε και πολλὰκις ἐξιστο-
ρήθη· οὐκ ἦν λέγειν μοι· και ὡς πρὸς ἀλλήλους
οἱ πλείους οὐ συνεφώνησαν, τὰ τῶν βασιλείων συγ-
γράφοντες, ἀλλοιώσεις τε χωρῶν και πόλειων στάσεις
και πολέμων συβῆξεις και ἀνδραποδισμοὺς και
νίκας και ἤττας, και ὅσα τοιαῦτα σύμμικτα τοῖς
καθ' ἡμᾶς· πολυσχεδῶς γὰρ τὰ αὐτῶν τελούτων
και μηδὲ παρ' αὐτῶν ἴσως τῶν ἐνεργούντων γινω-
σκομέων σχολῆ γε ἂν τοῖς ἐξιστοροῦσι τὸ ἀληθὲς
παντάπασι γενήσεται ἢ ἐπίτευξις. Ἐκ τοῦ μόνου

Α δὲ και ὅσα τῆ κοινῇ φήμῃ γνωρίζεται, ταῦτα τὸν
ἐξιστοροῦντα παραλήψεσθαι δεόν, εἰ μὴ ἀδικεῖν οὐ-
τος ἐβελήσειε τὴν ἀλήθειαν ὡς οἱ τοὺς ὀδολοὺς κερ-
ματίοις ἐλλυμαινόμενοι 5 ἢ και παραχαράττειν
βουλόμενοι. Οὕτε γοῦν πρὸς χάριν οὕτε πρὸς φθό-
νον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς μῖσος ἢ και πρὸς εὐνοίαν συγ-
γράφειν χρεῶν ἐστὶ τὸν συγγράφοντα, ἀλλ' ἱστορίας
μόνον χάριν και τοῦ μὴ λήθης βυθῶ παραδοθῆναι,
ἦν ὁ χρόνος οἶδε γεννᾶν, τὴν ἱστορίαν, μένειν δὲ
ζῶσάν τε και λαλοῦσαν φωνὴν και ἐμφύχον και δι-
απύσιον κήρυκα δι' ἀπεράντων αἰώνων. Οὕτως τοί-
νων καὶ γὰρ Γεώργιος Φραντζῆς, ὁ χρηματίας και
πρωτοβεστιάριος και Γρηγόριος τάχα μοναχός,
ταῦτα ἔγραφα περὶ τῶν καθ' αὐτὸν και τινῶν μερι-
κῶν ἀναγκαίων γεγονότων ἐν τῷ τῆς ζωῆς μου
χρόνῳ πρὶν τῆς αἰχμαλωσίας ἡμῶν και μετὰ τὴν
αἰχμαλωσίαν. Και πρῶτον μὲν διηγησώμεθα περὶ
τῶν ἀφορμῶν και αἰτιῶν τῆς τῶν Παλαιολόγων βα-
σιλείας ἐκ πρώτου βασιλεύσαντος ἐκ τοῦ γένους
αὐτῶν ἔχει τῆς ἀλώσεως τῆς Κωνσταντινουπόλεως
ὑπὸ Τούρκων, και πόσοι και τίνας οἱ υἱοὶ και θυ-
γατέρες και δεσπόται ἐγένοντο αὐτοῖς· και τῶν
γεγονότων πολέμων ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ἀνὰ τοῖν
δυοῖν ἀνταδελφοῖν, τοῦ δεσποτοῦ κυρίου Δημητρίου
λέγω και δεσποτοῦ κυρίου Θωμᾶ, και ἑτέρων
ἀναγκαίων και μνήμης ἀξίων βούλομαι διηγήτα-
σθαι.

istoriam tractarunt, universamque libris suis sunt
complexi? enimvero quod in hoc instituto dignius
est de quo dicamus, id nostræ prætendamus narra-
tioni. Nempe quoniam res recenti ætate gestas scri-
bere instituimus, quas nemodum litteris consignavit,
consensaneum est, recentem etiam fructum fore,
cum in notitiam hominum venerint, quæ nunc
vago rumore parum ad veritatem feruntur. Jam qui
res nostras scripserunt historici, alii aliunde ceperunt
initium: quidam a mundo inde condito inceperunt,
nonnulli a memorabili aliquo imperio, Persarum,
Græcorum, Romanorum, vel alius gentis
cujuscunque, ad suum quisque consilium opus accom-
modantes. Atque hæc utique ratione nos in his ute-
mur commentariis. Nam a rerum inde principio quæ
facta sunt, cum a multis sint et sæpe enarrata, non
erant mihi cuncta commemoranda. Accedit, quod
plerique non consentiunt, qui regnorum conscripserunt
historias, mutationes regionum et civitatum turbas,
contentiones bellorum, servitia, victorias, clades et
quæ alia id genus solent contingere. Res principum
enim multiplices sunt, et fortasse ne ab iis quidem,
qui gerendis illis intersunt, satis perspicuntur: ne-
dum historici veritatem ubivis at-

C tingere possint. At enim non nisi ea, quæ communis
fama divulgavit, excipere debent, nisi veritatem
infringere velint, eorum instar, qui nummos circum-
cidunt vel cudunt adulterinos. Certe quidem neque
ad gratiam vel studium, neque ad invidiam vel
odium scribendum est, sed solius memoriæ causa,
ut res oblivione ne deleantur, in quam temporis
diuturnitate solent adduci, sed quasi viva et clara
voce præconis sæculorum æternorum personent
spatia. Itaque ego quoque Georgius Phrantzes, pro-
lovestiarii olim functus dignitate et deinde Gregorii
nomine monachus factus, de rebus memoria
mea gestis, et spectatim miseris quibusdam, quæ
partim ante, partim post captam Cpolim nos affli-
xerunt, hos conscripsi commentarios. Ac primum
quidem originem explicabo imperii Palæologorum,
et historiam eorum a primo ejus domus imperatore
ad Cpolim usque a Turcis expugnatam prescribam,
dicamque quot et qui ejus gentis filii filiarum
et despota fuerint, atque de bellis in Peloponneso
inter Demetrium et Thomam, fratres despotas, ges-
tis, aliisque de rebus necessariis et memoratu di-
gnis exponam.

Ποίησας οὖν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀλώσεως ὁ ἀμνηρᾶς θριαμβικὸν καὶ χαρὰν μεγάλην διὰ τὴν νίκην τὴν κατὰ τῆς πόλεως, καὶ κελεύσας ἵνα ἐξέλθωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι μικροὶ τε καὶ μεγάλοι οἱ ὄντες κεκρυμμένοι ἐν τισὶ τόποις κρυφοῖς τῆς πόλεως καὶ ἐλεύθεροι καὶ ἀνευχόλητοι ὡσὶν ὁμοίως καὶ πάντες ὅσοι ἐκ τῆς πόλεως ἐφυγον, ὡς προεῖπαμεν, διὰ τὴν φόβον τοῦ πολέμου, ἕκαστος αὐτῶν ἐπιστρέψῃ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ βιώναι ἕκαστον κατὰ τὴν τάξιν καὶ θρησκείαν αὐτοῦ, ὡς καὶ πρότερον ἦν. Ὅμοίως προσέταξεν ἵνα ποιήσωσι καὶ πατριάρχην ὡς σύνηθες ἦν κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν ἦν γὰρ προαποθανῶν ὁ πατριάρχης. Καὶ ἐκλέξαντες οἱ ἐντυχόντες ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ὀλίγοι πάνυ ἕτεροι ἱερωμένοι καὶ λαϊκοὶ τὸν 305 σφώτατον κύρ Γεώργιον τὸν Σχολάριον λαϊκὸν ἔτι ὄντα εἰς πατριάρχην ἐχειροτόνησαν, ὃν καὶ Γεννάδιον ἐπωνόμασαν.

Προὔπηρχε δὲ καὶ τάξις καὶ συνήθεια τοῖς βασιλεῦσι Χριστιανοῖς ἵνα δωροδοκῶσι τῷ χειροτονθῆντι πατριάρχῃ νεωστὶ δεκανίκιον χρυσοῦν μετὰ λίθων πολυτίμων καὶ μαργάρων ἐγκεκοσμημένον, καὶ ἵππον ἐκλεκτὸν ἐκ τῶν βασιλικῶν μετὰ ἐπιπέλου καὶ ἐφεστρίδος βασιλικῆς ἐγκεκοσμημένον πολυτελεῶς· καὶ μετὰ χρυσοῦ λευκοῦ καὶ χρυσοῦ σκεπόμενος ἦν ὁ ἵππος. Καὶ ἐκ τοῦ παλατίου τοῦ βασι-

λικοῦ μετὰ πάσης τῆς συγκλήτου ἐξερχόμενος ὁ πατριάρχης καὶ εὐφημούμενος ἐν τῷ πατριαρχεῖω ἐπανεστρέφεν· καὶ ἡ χειροτονία ἐγένετο παρὰ τῶν ἀρχιερέων, ὡς τάξις καὶ νόμος ἦν. Ἐλάμβανε δὲ ὁ μέλλων γενέσθαι πατριάρχης ἐκ τῶν τοῦ βασιλέως χειρῶν τὸ δεκανίκιον τοιοῦτοτρόπως. Κιθίζομένου τοῦ βασιλέως ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ δῖφρου, καὶ πᾶσα ἡ συγκλήτος ἱστώμενοι ἀσκεπεῖς καὶ ὄρθοι, καὶ ὁ μέγας πρωτοπαπᾶς τοῦ παλατίου ἐποίησε εὐλογητὴν, εἶτα καὶ μικρὰν ἐκτενὴν, καὶ ὁ μέγας δομέστικος ἐψάλλε τὴν ᾠδὴν Ἐπιφάνειαν· Ὁπου γὰρ βασιλέως παρουσία, καὶ τὰ ἐξῆς. Εἶτα τὴν ᾠδὴν Δόξα, ὁ λαμπιτάριος ἐκ τοῦ ἐτέρου χοροῦ, καὶ ὁ ἄλλος τῆς ᾠδῆς ὁ βασιλεὺς τῶν οὐρανῶν, καὶ τὰ ἐξῆς. Μετὰ δὲ τὸ τέλος τοῦ τροπαρίου ὁ βασιλεὺς ἀνίστατο, ἔχων ἐπὶ τὴν δεξιὰν τὸ δεκανίκιον, ὁ δὲ ὑποψήφιος ἐρχόμενος, καὶ ἐκ τοῦ ἐνὸς μέρους αὐτοῦ ὁ Καισαρίας, ἐκ δὲ τοῦ δευτέρου ὁ Ἡρακλείας μητροπολίτης, 306 καὶ ποιεῖ πρὸς πάντας μετανόιας τρεῖς, εἶτα προσέρχεται τῷ βασιλεῖ καὶ ἐνώπιον τοῦτο ποιεῖ τὴν προσήκουσαν αὐτῷ προσκύνῃσιν. Καὶ ὁ βασιλεὺς τὸ δεκανίκιον ὀλίγον ὑψῶν ἔλεγεν· Ἡ ἀγία Τριάς ἡ τὴν ἐμοὶ βασιλείαν δωρησαμένη προχειρίζεται σε εἰς πατριάρχην νέας Ῥώμης. Καὶ οὕτως ἐκ τῶν βασιλικῶν χειρῶν ὁ πατριάρχης ἐλάμβανε τὴν ἐξουσίαν, καὶ τὴν εὐχαριστίαν τῷ βασιλεῖ ἐδίδου. Εἶτα οἱ χοροὶ ἐψάλλον τὴν ᾠδὴν Εἰς πολλὰ ἔτη, δέσποτα, ἐκ τρίτου, καὶ ἀπόλυσις. Ὁ πατριάρχης κατερχόμενος μετὰ λαμπάδων ἐπὶ τὰ διδύβουλα καὶ εὐρίσκων τὸν ἵππον ἡτοιμασμένον ἀνέβαινεν ἐπ' αὐτόν.

Οὕτως δὲ καὶ αὐτὸς ὁ ἀλιτήριος θέλων ποιῆσαι ὡς βασιλεὺς τῆς πόλεως, καθὼς ἐποίησαν καὶ οἱ Χρι-

runt autem Palæologi in hac regina urbium annos 194, menses 10 et dies 4, Cpoli imperium cœpium est sub Flavio Constantino, finitum sub Constantino Palæologo. Viguit igitur in miserrima hac urbe annos 1143, menses 10, dies 4.

Ameras die tertio post captam urbem triumphum et gaudium ingens propter reportatam victoriam agitavit, edicens, ut omnes, magni et parvi, qui latebant in locis urbis absconditis, prodirent neve a quoquam vexarentur; item ii qui timore belli impulsī, ut ante commemoravimus, ex urbe profugerant, suam quisque domum redirent et viverent secundum morem et religionem suam, sicut antea. Idem imperavit, ut patriarcham pro more suo crearent; vetus enim mortuus erat Itaque qui forte aderant episcopi et perpauci alii clerici et laici sapientissimum dominum Georgium Scholarium, etiamtum laicum, elegerunt et patriarcham creaverunt, mutato nomine Gennadium appellatum.

Erat autem munus et mos Christianorum imperatorum, ut recens creato patriarchæ pedum aureum, gemmis et margaritis decoratum, atque electum de regio stabulo equum, stella et strato sumptuose ornatum, et serico villosa albi coloris et filis aureis intertexto tectum, donarent. Huic equo insidens patriarcha cum universo senatu et faustis

acclamationibus e palatio imperatorio in patriarchale redibat, atque creatio per episcopos fiebat, ut lege et more sancitum erat. Accipiebat autem futurus patriarcha e manibus imperatoris pedum tali modo. Sedente imperatore in sella imperatoria et omni procerum ordine circumstante nudis capitibus, magnus protopapas palatii benedictionem, deinde parvam pregum seriem pronuntiabat, atque magnus domesticus canebat: « Ubi enim regis presentia, » et quæ sequuntur; tum: « Gloria » lampadarius ex altero choro, et « rex cœlorum, » etc. Finito cantu alterno, imperator surgebat. dextra manu pedum tenens, atque candidatus, cujus alterum latus metropolitani Cæsarensis, alterum Heracleensis tegebant, corpore ad omnes ter inclinato, ad imperatorem accedebat et solenni eum prosequabatur adoratione. Tum is, pedo paulum sublato, dicebat: « Sancta Trinitas, quæ imperium mihi dedit, ad patriarchatum novæ Romæ te evehit. » Ita e manibus imperatoris potestate patriarchali accepta, patriarcha eidem gratias agebat. Deinde chori: « In multos annos Dominus, » canebant, atque fiebat dimissio. Dehinc patriarcha cum lampadibus ad didybula descendebat paratumque ibi inveniens equum conscendebat.

Sœlestus iste igitur ut imperator urbis idem facere cupiens, quod fecerant Christiani imperato-

στιανοὶ βασιεῖς, τὸν πατριάρχην προσεκαλέσατο, ἵνα συγκαθίσῃ μετ' αὐτοῦ τοῦ ἀριστήσαι καὶ ὀμιλῆσαι. Καὶ ἐλθόντος τοῦ πατριάρχου ἐδέξατο αὐτὸν ὁ τυράννος μετὰ μεγάλης τιμῆς· καὶ πολλὰ ὀμιλῆσαντες ἀναμεταξὺ, καὶ ἐπαγγελίας ἀμετρήτους ἐπηγγέλατο δοῦναι τῷ πατριάρχῃ. Ὡς δὲ ἤγγικεν ὁ καιρὸς τοῦ ἐξελεῖν τὸν πατριάρχην ἐκ τοῦ παλατίου, ἐκβαλὼν ὁ ἀμηρᾶς δέδωκεν αὐτῷ δῶρον τὸ πολύτιμον ἐκεῖνο δεκανίκιον, καὶ ἐπαρεκάλεσεν αὐτὸν δεσθῆναι τοῦτο. Καὶ κατήλθε μετὰ τοῦ πατριάρχου ἕως κάτωθεν τῆς αὐλῆς, θέλοντος καὶ μὴ θέλοντος τοῦ πατριάρχου, καὶ τὸν ἵππον εὐτρεπισμένον ἔχων ἀνεβίβασεν **307** αὐτὸν, καὶ προσέταξεν ἵνα πάντες οἱ ἄρχοντες τῆς αὐλῆς αὐτοῦ ἐξέλθωσιν εἰς συνοδίαν τῷ πατριάρχῃ, καὶ οὕτως ἀχρι τοῦ σεπτοῦ ἀποστολείου συνώδευσαν αὐτὸν, τινῶν προπορευομένων καὶ τινῶν ἐπομένων αὐτῷ. Αὐτὸ γὰρ τὸ τῶν ἀποστόλων τέμενος δέδωκεν ὁ ἀμηρᾶς εἰς πατριαρχεῖον. Τὸν δὲ περικαλλῆ καὶ θεῖον ναὸν τῆς Θεοῦ Σοφίας, τὸ περιβόητον κειμήλιον, τὸν οὐρανὸν τὸν ἐπίγειον καὶ τὸ ξένον ἄκουσμα, ἐποίησεν ὁ ἀλιτήριος εἰς ἴδιον αὐτοῦ προσκύνημα. Ὁ δὲ ἐν Βλαχέρναις θαυματουργὸς ναὸς πυρπολημένος ἦν, ὡς προεγράφη. Ποίησας ὁ πατριάρχης ἐν τῷ σεπτῷ ἀποστολείῳ καιρῶν ὀλίγων, ἔπειτα θεωρῶν ὅτι ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι τῆς πόλεως οὐδεὶς ταλαίπωρος· Χριστιανὸς ἐναπέμεινε, καὶ φοβηθεὶς μὴ τι ἐναντίῳ συμβῆ αὐτῷ διὰ τὴν ἐρημίαν, διότι ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν εὐρέθη τις Ἀγαρηνὸς πεφονευμένος ἐν τῷ τοῦ ναοῦ περιαισίῳ, καὶ διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ὁ πατριάρχης ἤτησε τὴν μονὴν τῆς Παμμακαρί-

στου. Καὶ ἐδωρήθη αὐτῷ τοῦ εἶναι εἰς κατοίκησιν ἐν ἐκείνοις γὰρ τοῖς μέρεσιν ἐναπέμεινάν τινες ὀλίγοι Χριστιανοί. Τὰς δὲ οὐσας μοναχὰς ἐν τῇ Παμμακαρίστῳ προσέταξεν ἀπελθεῖν ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἀγίου προφήτου προδρόμου Ἰωάννου τοῦ ἐν τῷ Τρούλλῳ, ὅπου ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινομήτου ἡ πενθέκτη ἀγία σύνοδος συνηθροῦσθη. Παλάτιον γὰρ τοῦτο περιφανὲς τῷ τότε καιρῷ ὄπῃ ἔρχεν ἐκεῖ ἐγγὺς τῆς Παμμακαρίστου κατὰ τὸ βόρειον μέρος.

308 Οὗτος οὖν ὁ παμμίλαρος καὶ φθορεὺς τῶν Χριστιανῶν πονηρὸς ὢν καὶ πολύτροπος καὶ τῇ ἀλώπεκι ὑποκρινόμενος ταῦτα οὐχ ὑπὲρ εὐλαβείας ἢ καλοκαγαθίας αὐτοῦ ἐποίησε, ἀλλ' ἵνα οἱ Χριστιανοὶ ἀκούσῃσι τὰς ἐπαγγελίας συναχθῶσιν τε ἐν τῇ πόλει καὶ κατοικήσωσιν αὐτήν· ἢ ἐκ τοῦ καθημερινοῦ πολέμου ἡρημώθη, καὶ μάλιστα ἐν τῇ ἀλώσει. Καὶ οὕτως ἐγένετο, καὶ τινες Χριστιανοὶ συνήχθησαν. Μετ' ὀλίγων δὲ καὶ τινες ἀποίκους εἰσήνεγκε, κατ' ἐκείνην τὴν διάλεκτον λεγομένους σουργου-νιδας, ἐκ τοῦ Καφᾶ Τραπεζουόντος καὶ Σινωπίου καὶ Ἀσπροκάστρου· καὶ οὕτως τὴν πόλιν ἐκατῷκησε. Ἔδωκε δὲ καὶ προστάγματα ἐγγράφως τῷ πατριάρχῃ μετ' ἐξουσίας βασιλικῆς ὑπογεγραμμένης· κάτωθεν ἵνα μηδὲς αὐτὸν ἐνοχλήσῃ ἢ ἀντιτείνῃ, ἀλλὰ εἶναι αὐτὸν ἀναίτητον καὶ ἀφορολόγητον καὶ ἀδικασεῖστόν τε ἀπὸ παντὸς ἐναντίου, καὶ τέλους καὶ δώσεως· ἐλεύθερος ἔσται αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτὸν πατριάρχαι εἰς τὴν αἰῶνα, ὁμοίως καὶ πάντες οἱ ὑποτεταγμένοι αὐτῷ ἄρχιερεῖς.

res, patriarcham, ut secum pranderet et colloqueretur, invitavit. Venientem tyrannus magno honore excepit, et multa cum eo collocutus, infinita ei promissa fecit. Ubi tempus discedendi affuit, Amerras porrexit patriarchæ pretiosum illud pedum, et eum cohortatus est, ut id acciperet, descenditque cum patriarcha, quantumvis recusante, ad extremum usque palatium, in equum rite decoratum ascendere eum jussit, atque edixit, ut cuncti palatii proceres eumdem comitarentur. Itaque eum usque ad venerandum Apostolorum templum, partim præcedentes, partim subsequentes, deduxerunt. Id enim templum ut patriarchalis sedes esset ameras donaverat. Pulcherrimum autem et divinum templum Sapientiae Dei, cimelium celeberrimum, cælum terrestre et ornamentum inauditum, scelestus iste in suæ superstitionis usum convertit. Mirabilis vero in Blachernis ædes incendio interierat, ut supra narravimus. Commoratus aliquantisper in venerando Apostolorum templo, cum in ea regione de miseris Christianis neminem manere vidisset, timeretque, ne quid mali sibi accideret propter solitudinem, quoniam aliquando Agareus in vestibulo templi inventus erat occisus, beatissimæ Virginis monasterium pro domicilio petivit et obtinuit. In ea enim

regione pauci aliqui Christiani remanserant. Monachas ejus templi in monasterium sancti prophetæ et præcursoris Joannis, quod in Trullo est, concedere jussit, ubi Justiniano Rhinotmeto imperante sancta synodus quinisexta habita est. Palatium enim hoc illustre tum erat, prope beatissimæ Virginis templum septentrionem versus situm.

Iste igitur scelestissimus homo, Christianorum mala pestis, veterator et vulpes, non pietate aut benevolentia commotus, illud fecit, sed ut Christiani promissis suis auditis, in urbem confluerent eamque habitarent: quæ propter quotidianas pugnas ejus præcipue temporis, quo capta est, deserta erat. Ac revera nonnulli Christiani congregati sunt. Brevi colonos, quos Turcæ sua lingua surgunides appellant, Capha, Trapezunte, Sinope et Asprocastro eodem deduxit, atque ita urbem civibus denuo implevit. Idem patriarchæ litteras cum regis auctoritatis subscriptione dedit, ut ne vexaretur aut impugnaretur a quoquam, sed liber et securus esset ab omni inimico, neve quidquam tributum aut vectigalium penderet, tum ipse, tum omnes in perpetuum sequentes patriarchæ cunctique eidem subjecti episcopi.

BIBLION Δ'

'Αρχόμενον μετὰ τὴν ἄλωσιν τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων,
 περιέχον τὰς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ συγκαλύσεις καὶ πολέμους ἀναμταξὺ τῶν ἀδελφῶν
 καὶ δεσποτῶν, καὶ πῶς ὁ ἀμηρᾶς ὑποτάξας αὐτοὺς
 ὑπέταξε καὶ τήνδε τὴν νῆσον, καὶ περὶ ὧν ἔκαθεν ὁ συγγραφεὺς, καὶ ἄλλας
 τινὰς ὑποθέσεις, ὡς κατὰ κεφάλαιον εὐρήσονται.

309 α'. Ἄλωθεις οὖν καὶ πάντα τὰ δυσχε-
 ρῆ καὶ κακὰ τῆς αἰχμαλωσίας ὑπενεγκῶν ὁ ἄθλιος
 τέλος ἐξηγοράσθη ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου τοῦ
 'ςθξβ' ἔτους καὶ ἀπέσωσα εἰς τὴν Πελοπόννησον ἐν
 τῇ Σπάρτῃ. Τῆς δὲ γυναικὸς μου καὶ τῶν τέκνων
 μου ἀλωθέντων ὑπὸ τινων γερόντων Τούρκων κα-
 λογνώμων ἦντων, καὶ παρ' αὐτῶν πάλιν παραθέντων
 τῷ πρώτῳ ἱπποκόμῳ τοῦ ἀμηρᾶ, ὃς λέγεται τῇ
 ἑκαίνῳ διαλέκτῳ μεραχούρης, ὃς καὶ ἄλλας πολλὰς
 τῶν ἀρχοντισσῶν ἠγόρασε καὶ πολλοῦ ἐράνου ἐπέ-
 τυχε δι' αὐτῶν, τοῦ δὲ κάλλους καὶ ἄλλων χρηστῶν
310 ἡθῶν τῶν τέκνων μου μὴ δυναμένων κρυβῆ-
 ναι, μαθὼν περὶ τούτων ὁ ἀμηρᾶς ἐπῆρεν αὐτὰ,
 δοὺς τῷ εἰρημένῳ αὐτοῦ πρωτοῖπποκόμῳ χρήματα
 πολλὰ. Ἐναπέμεινε δὲ ἡ ἄθλια αὐτῶν μήτηρ μόνη
 μετὰ μιδῆς καὶ μόνῃς ἀνατραφεῖσας αὐτῇ, αἱ δὲ
 ἄλλαι διεμερίσθησαν.

Καὶ καταφρονοῦντες μέμφονται καὶ κατηγοροῦν-

Α τες ἐλέγχουσιν ἡμᾶς οἱ Λατίνοι, καὶ λέγουσιν ὅτι
 διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ διὰ τὸ μὴ ὀρθῶς φρο-
 νεῖν ἡμᾶς ἀπωλέσαμεν τὴν βασιλείαν. Ἡμεῖς δὲ
 λέγομεν ὅτι ἁμαρτωλοὶ ὑπάρχομεν, καὶ οὐδὲς
 ἀναμάρτητος εἰ μὴ εἰς ὁ Θεός· περὶ δὲ τοῦ ὀρθῶς
 φρονεῖν γινώσκετε, πατέρες καὶ ἀδελφοί, ὅτι ἡμεῖς
 καινστομίαν οὐδεμίαν ἐποιήσαμεν εἰς τὰ τοῦ Ἐδαγ-
 γελίου ῥητὰ, εἰ μὴ πιστεύομεν καὶ δοξάζομεν τὰ
 ὅσα οἱ αὐτόπται τοῦ λόγου καὶ ὑπηρεταὶ ἡμᾶς εἰδί-
 δαξαν, καὶ ὁ αἱ ἄγιοι καὶ οἰκουμενικαὶ ἑπτὰ σύν-
 οδοὶ καὶ αἱ κατὰ καιρὸν τοπικαὶ ἡμῖν ὄντως παρέ-
 δωσαν, ἀληθῶς καὶ βεβαίως κρατοῦμεν, ὡς εἰδίδεκεν
 ὁ ἀγιώτατος Σιθαιστρος ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ, καὶ ὁ
 ἀγιώτατος πάπας Δάμασος ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ,
 καὶ ὁ ἀγιώτατος πάπας Καίσις ἐν τῇ τρίτῃ
 B συνόδῳ, καὶ ὁ ἀγιώτατος πάπας Βιγίλιος ἐν τῇ
 πέμπτῃ συνόδῳ, καὶ ὁ ἀγιώτατος πάπας Ἀγάθων

LIBER IV

*Qui a capta regina urbium incipit, turbas ac pugnas in Peloponneso
 inter fratres et despotas excitatas continens, atque enarrans quomodo ipsos et
 insulam Ameras sibi subjecerit, et quæ scriptori acciderint
 et res alias quasdam, capitibus distributas.*

1. Ego ipse in potestatem hostium veni, et om-
 nes calamitates et mala servitutis expertus, postre-
 mum primo Septembris anni 6962 venditus et in
 Peloponnesum Spartam sospes perductus sum. Item
 uxor mea et liberi capti sunt a Turcis quibusdam
 senibus, bonis viris, et venditi primario ameræ præ-
 fecto stabuli, quem illi sua lingua merachurem ap-
 pellant, qui præterea alias multas feminas nobiles
 mercatus est, et iis dividendis magnum quæstum
 fecit. Cum autem forma et compositi mores libe-
 rorum meorum latere non possent, audito de iis,
 Ameras, grandi pecunia numerata, ab eo, quem dixi,
 summo præfecto stabuli eos accepit. Remansit mi-
 sera eorum mater sola cum una et sola a se nutrita
 muliercula, reliquæ dispersæ sunt.

Contemnescentes et calumniantes nos Latini aiunt D

atque exprobrant, propter peccata nostra et fidei
 perversitatem nos amisisse imperium. Nos vero con-
 sentimus, improbos nos esse : at nemo probus est,
 præter solum Deum. De fidei autem veritate scitote,
 patres ac fratres, nihil nos innovasse in sententiis
 Evangelii, sed credere et profiteri, quæcunque Verbi
 testes oculati et ministri nos docuerunt, et quæ sanc-
 tæ et œcumenicæ septem synodi et si quæ topicæ
 opus erant, revera nobis tradiderunt, vere et firme
 tenemus, quemadmodum in prima synodo sanctis-
 simus Silvester docuit, in secunda sanctissimus
 Damasus papa, in tertia sanctissimus Cælestinus
 papa, in quarta sanctissimus Leo papa, in quinta
 sanctissimus Vigilius papa, in sexta sanctissimus
 Agatho papa, in septima sanctissimus Adrianus
 papa. Scitis enim omnes, eos anathemata et exse-

ἐν τῇ ἕκτῃ συνόδῳ, καὶ ὁ ἀγιώτατος πάπας Ἀδρια-
 νὸς ἐν τῇ ἑβδόμῃ **311** συνόδῳ· ὡς ἴστε πάντες ὅτι
 ἔθεντο καὶ ἀναθεματισμοὺς καὶ ἀφορισμοὺς ἀλύ-
 τούς, μὴ τις τολμήσῃ προσθῆσαι ἢ ἐκλείψαι ἢ ὅλως
 παρασαλεῦσαι ἄπερ ἐκείνοι εὐαγγελικῶς καὶ ἀπο-
 στολικῶς καὶ ἀκριβῶς ἐξακλουθούντες διὰ Πνεύμα-
 τοῦ ἁγίου ἐσφραγίσαντο. Μάρτυρες τῶν αὐτῶν αἱ
 συνοδικαὶ βίβλοι καὶ τὰ συνοδικὰ γράμματα τῶν
 κατὰ καιρὸν ἄκρων ἀρχιερέων ἦτοι πάπων καὶ τῶν
 ἁγίων μεγάλων ἐκείνων συνόδων, ὡς ἠριθμήσαμεν,
 ἐκ τῆς ὑμετέρας οὗτε καὶ αὐτοὶ τῆς φυλῆς τῶν
 Λατίνων, ἄνδρες θεοφρουρούμενοι ἔργῳ καὶ λόγῳ
 τετιμημένοι. Ταύτην τὴν παράδοσιν ἡμεῖς ἀσφαλῶς
 κρατοῦμεν, ἵνα μὴ εἰς ἀφορισμὸν τῶν ἀγιωτάτων
 ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συν-
 όδων καὶ τῶν ἀγιωτάτων ἐκείνων οὕτως ἄκρων ἀρ-
 χιερέων πέσωμεν. Καὶ ἡμεῖς εὐαγγελικῶς καὶ ἀπο-
 στολικῶς κατὰ ἀλήθειαν κρατοῦμεν τὴν παράδοσιν
 τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης· τὸ γὰρ ἡμέτερον δόγμα
 παρ' ἀμφοτέρων εὖ πάντοτε ὠμολογεῖτο, τὸ δὲ ἐξ
 αὐτῶν καινοτομηθὲν αὐτοῖς μόνοις ἀκατηγόρητον
 εἶναι δοκεῖ, καὶ ἡμᾶς ἔδει κριτὰς αὐτῶν εἶναι καὶ
 καταγγέλλοι, καὶ οὐκ αὐτοὺς ἡμῶν. Τὰ νῦν δὲ νεω-
 στί τινες αὐτῶν θεολόγοι ἢ καὶ μᾶλλον εἰπεῖν και-
 νολόγοι, καὶ οὐκ ἀσχύνονται ἐπ' ὀκρίθαντος ἀνα-
 θαίνειν διδάσκοντες λέγειν ἐρῆρόρουμ Γραικόρουμ,
 τουτέστι σφάλματα ἡμέτερα, εἶτα μὴ ἔχοντές τι
 ἕτερον εἰπεῖν εἰ μὴ μόνον, ὡς εἴπομεν, διὰ τὸ μὴ
 ἡμᾶς ὀρθῶς φρονεῖν τὴν βασιλείαν ἀπωλέσαμεν·
312 καὶ αὐτοὶ τάχα ὡς δὴθεν ὀρθόδοξοι ἴσως οὕτως
 αὐτοὶ ἐαυτῶν τὴν βασιλείαν κρατοῦσιν, οὐκ εἰδότες

crationes perpetuas iis minatos esse, qui quid ad-
 derent aut demerent aut omnino fluctuarent in iis,
 quæ ipsi, Evangelii et apostolorum præcepta accu-
 rate assecuti per sanctum Spiritum, constituissent.
 Testes sunt libri et litteræ synodici summorum sin-
 gulis temporibus episcoporum sive paparum et sanc-
 tarum illarum synodorum, quas enumeravimus,
 cum illi e vestra et Latinorum gente essent, viri
 pii et venerabiles dicto et facto. Hanc igitur tradi-
 tionem inviolatam servamus, ne in sanctissimorum
 apostolorum et septem sanctarum synodorum œcume-
 nicarum et sanctissimorum illorum revera sum-
 morum episcoporum execrationem incidamus. Ac
 tenemus sane evangelice et apostolice traditionem
 veteris Romæ. Nostra enim doctrina ab utrisque
 semper observata est; at quæ ab illis innovata sunt,
 solis ipsis non vituperanda esse videntur, ita ut nos
 illorum iudices et accusatores esse oporteat, non
 contra. Nuper vero in illis quidam rerum divina-
 rum, imo potius novarum studiosi exstiterunt, qui
 non vererentur, de nostris scilicet erroribus dispu-
 taturi, in suggestum ascendere, cum nihil haberent,
 quod afferrent, nisi amisissent nos imperium propter
 doctrinæ pravitatem: quasi vero ipsi, quod ortho-
 doxi sint, tueantur imperium suum, ignari illi,
 non omnes, qui imperant, orthodoxos, nec qui obe-
 diunt, hæreticos esse, id quod in nobis animadverti

licet. An orthodoxi sunt Ismaelitæ, quia nobis im-
 perant, aut priores illis idololatæ, qui premebant
 Christianos, aut Ægyptii vel Babylonii Ismaelitis
 olim imperantes? Enimvero non habent, quid re-
 spondeant. In aperto enim est, eos qui imperant,
 impios, quibus autem imperatur, pios esse. Quare
 non decet illos jactare imperium suum. Præterea
 contra eosdem dicamus: Quomodo qui Mysiam,
 Rossiam, Iberiam orientalem et Abasgiam habitant,
 et aliis in regionibus regnent, et sui juris sint,
 quandoquidem nostram sectam sequuntur? At enim
 ecclesiarum dissensionem temere movit Stephanus
 Syropho papa, qui primus pane non fermentato
 sanctum sacrificium peragi sivit, et additamentum
 illud ad sanctum symbolum palam proclamavit, ac
 primus barbam totondit, idemque omnibus sibi sub-
 jectis facere permisit, regnante tum Cpoli perpetuo
 memorabili imperatore Constantino Monomacho
 patriarchatum administrante Michaelē, qui cogno-
 mēto Cerularius appellabatur. Hic igitur patriar-
 cha e sententia imperatoris et reliquorum trium
 patriarcharum, archiepiscopi item Bulgaricæ et Cy-
 prii, totius denique, cui præerat, synodi, eum quem
 dixi, papam Stephanum, diplomatis ejecit, panis
 fermentati et facti additamenti rationem desiderans,
 anno mundi 6500. Ecclesiæ autem Alexandriæ et
 Antiochiæ et Hierosolymorum, fidelis Thebæis, san-

Ἐκκλησία τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Ἀντιοχείας καὶ Ἱεροσολύμων, ἢ Θηβαΐς ἢ Πιστή, ἢ Λιβύη ἢ Ὀσία, ἢ τοὺς πολλὰς θρέψασα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καθὼς φησὶν ὁ θεὸς Κοσμάς, ἐν ποίῳ καιρῷ ἐδουλώθησαν ὑπὸ τοῦ ἀμνηρᾶ Οὐμάρ, ὅστις ἦν ὁ τρίτος μετὰ τὴν τρισκατάρτατον Μωσῆμ, καὶ ἠχμαλωτίσθησαν; Καὶ τοῦτο φανερόν ἐστιν ὡς ἐγεγόνει ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, κόσμου ἔτει ς, ςλδ', πρὶν τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμένην ἐκτὴν σύνοδον συναθροισθῆναι, ὅπου οὐτε σχίσματα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὑπῆρχον οὐτε διαφοραί. Μετὰ δὲ τινὰ καιρὸν οἱ βασιλεῖς μετὰ κόπου οὐκ ὀλίγου τὴν ἁγίαν πόλιν ἐκ τῶν χειρῶν τῶν ἀσεβῶν ἠλευθέρωσαν καὶ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν Ῥωμαίοις ἐποίησαν· καὶ πάλιν ἐκ δευτέρου ἐπὶ τῆς βασιλείας Βασιλείου τοῦ πορφυρογεννήτου τοῦ λεγομένου Βουλγαροκτόνου ὁ τῆς Αἰγύπτου ἀμνηρᾶ Ἀζίζιος τὴν ἁγίαν πόλιν πάλιν ἔλαβεν πολέμῳ, καὶ τὸν τάφον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγχερμένον πολυτελῶς θεῖον ναὸν κατεστρέψατο, καὶ τὰ σκευὴ ἐλυμήνατο, τὰ μοναστήρια κατηδάφιτε, καὶ τοὺς 314 ἀσκουμένους ἀπανταχοῦ τῆς γῆς ἐκείνης μοναχοὺς, Ἰταλοὺς τὸ πλεόν ἢ Ῥωμαίους καὶ ἐξ ἑτέρων φυλῶν, ἐφόνευσεν καὶ ἐφυγάδευσε. Πάνυ θαυμαστόν ἐστιν, ὡς λέγουσιν, ἠνωμένῳ οὐσῶν τῶν ἐκκλησιῶν τῷ τότε καιρῷ, πῶς ὁ θεὸς ἐπαρέδωκεν αὐτοὺς εἰς χεῖρας ἀσεβῶν. Ὡστε ἐκ πάντων τούτων ἦν ἰδεῖν ὅτι οὐ διὰ παρανομίαν τινὰ παρεδόθημεν τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν, ἀλλὰ πρὸς μερικὴν παιδείαν, ὡς καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν ἄγιοι· « Καὶ πάντα γὰρ ὃν ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει, μαστιγεῖ δὲ οὐκ ὄν παρα-

Α δέχεται, » καὶ τὰ ἐξῆς. « Πιστὸς γὰρ, φησὶν, ὁ θεός, ὃς οὐκ ἀφήσει ὑμᾶς εἰς τέλος πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε. » Καὶ ὁ Δαβὶδ· « Παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος, τῷ δὲ θανάτῳ οὐ παρέδωκε με. »

Καὶ τοῦτο ἄκουσον. Ὡσπερ τοίνυν ἡ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεία κατελύθη ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων, ἢ δὲ τῶν Βαβυλωνίων ὑπὸ τῶν Περσῶν, ἢ δὲ τῶν Περσῶν ὑπὸ τῶν Μακεδόνων, ἢ δὲ Μακεδόνων ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, οὕτως καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων κατελύθη ὑπὸ τῶν Ὀτμανλίδων. Τὸ δὲ τέλος ταύτης ἤξει ἐν τῷ προσήκοντι καὶ ὠρισμένῳ καιρῷ, καὶ καταλυθήσεται, καθὼς φησὶν ὁ θεοπέσιος Ἡσαίας ἐν τῷ τῆς Ἰουμαίας ὄραματι· « Εἰπέ μοι Κύριος; Ἐτη ἑνιαυτοῦ ὡς ἑνιαυτὸς μισθοῦ, 315 καὶ ἐκλείψει ἢ ὀξυὰ Κηδάρ, καὶ τὸ κατάλειμμα τῶν τοξευμάτων υἱῶν Κηδάρ τῶν ἰσχυρῶν ἔσται ὀλίγον, διότι Κύριος ἐλάλησεν ὁ θεός Ἰσραὴλ. » Οὕτω δὲ καὶ ὁ σοφώτατος Στέφανος ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ἐπακολουθῶν τῷ τοῦ προφήτου βητῷ, ἐπὶ ἔτους ς, ςρλ', Σεπτεμβρίου γ', ἡμέρα ς' θεμάτιον περὶ τῆς τῶν Ἰσραηλιτῶν βασιλείας ποιήσας καὶ κανονίσας, « Οὗτος κρατήσεται ἐν ἰσχύϊ μὲν καὶ εὐτυχίᾳ ἔτη τριακῶσια ἑννέα, ἐν δὲ συστροφῇ καὶ ἀκαταστασίᾳ ἕτερα ἔτη πεντήκοντα ἕξ, ὥστε εἶναι τὴν διακράτησιν αὐτῶν πᾶσαν εὐτυχούσαν καὶ δυστυχούσαν ἔτη τετάρτη. » Τινὲς μὲν λοξῶς τὸν χρησμὸν διαλαμβάνοντες λέγουσι, Κιρκῶς ἐθεμάτισεν ὁ ἀστρονόμος, λαμβάνοντας τὴν ἀρχὴν τοῦ χρησμοῦ ἐκ τοῦ εἰρημένου ἔτους· καὶ ἐάν οὗτος ἦν ὡς ἐμὲ παχὺ λεπτὸν, ἐδάνθανεν ἐκείνων. Ἐγὼ δὲ κατὰ τὸ δοκοῦν τινῶν φιλοσόφων ἀρίστων

cta Libya, quæ cives imperii cælorum nutrit, ut ait divinus Cosmas, quonam tempore subactæ sunt ab Umara amera, post Mohametem ter exsecrandum tertio, et in servitute redactæ? Factum hoc est manifesto imperante Constantino Pogonato, anno mundi 6134, antequam sancta et œcumenica sexta synodus haberetur, quo tempore nec schismata nec dissidia in ecclesiis erant. Aliquanto post reges labore non levi sanciam urbem a manibus impiorum vinclicatam Romanorum tradiderunt imperio; sed imperantem Basilio porphyrogenito, qui Bulgaroctionus nominatur, rursus Ægypti ameras, Azizius, eandem expugnavit, sepulcrum Salvatoris nostri Jesu Christi et sumptuose ornatum templum sanctissimum in potestatem rededit, supellectilem polluit, monasteria evertit, ubi illic corpus exercentes monachos, in quibus Itolorum et aliarum gentium major, quam Romanorum numerus erat, aut occidit aut fugavit. Plane mirum autem est, ut aiunt, Christianos, cum conjunctæ essent ecclesiæ, a Deo tum in potestatem impiorum traditos esse. Adeo ex his omnibus intelligitur, non propter peccatum aliquod hostibus nos subjectos esse, sed ob singularem educationem, quemadmodum olim sancti docuerunt: « Quemcunque enim amat Deus, cum educat, et castigat filium, quem recipit, » et quæ sequuntur. « Fidelis enim, ait, Dominus est, qui

non permittet vos ultra, quam sustinere possitis, tentari. » Item David: « Educando educavit me Dominus, nec vero mortii me tradidit. »

Etiam hoc audi. Quemadmodum Assyriorum regnum a Babyloniis eversum est, Babylioniorum a Persis, Persarum a Macedonibus, Macedonum a Romanis, ita Romanorum quoque imperium ab Otmanlidibus: atque horum finis aderit justo et constituto tempore, evertenturque, sicut ait divinus Isaias in specie Idumææ. « Dixit mihi Dominus: Intra annum, qualis est annus mercenarii, deficiet gloria Cedar, et reliquæ jaculorum fortium filiorum Cedar exiguæ erunt, quoniam Dominus, Deus Israelis, locutus est. » Ad quod dictum prophetæ se applicans sapientissimus Stephanus Alexandrinus, anno 6131, Septembris die 3, hebdomadis 6, de Ismaelitarum regno hoc thema fecit et constituit: « Is potenter et prospere regnabit annos trecentos novem, in rerum angustiis et perturbatione deinde annos quinquaginta sex, ut omnino eorum imperium tum faustum tum infaustum futurum sit per annos 365. » Nonnulli vaticinium perperam interpretati, astronomum male ratiocinatum esse affirmant, initium ducentes ab eo, quem dixi, anno. Quod si ita esset, falsus ille foret. At equidem de ea re quorundam doctissimorum hominum sententias cognovi et didici, secundum quas sapiens ille vir initium

ἀνδρῶν οἰδῶς καὶ ἀνεγνώκως. Οὐκ ἀρχὴν τῆς τῶν Ἰσραηλιτῶν θρησκείας ἢ βασιλείας ὁ σοφὸς οὗτος ἐποίησεν ἀπὸ τῶν χρόνων Μωάμεθ, ἀλλ' ὡσπερ περὶ τῆς προφητείας Δανιὴλ τοῦ θείου. Τέταρτον θηρίον ὀνομάζει τὴν τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν· καὶ οὐκ ἀρχὴν ποιοῦσιν οἱ ἐξηγηταὶ ἀπὸ Ῥώμου καὶ Ῥωμύλου, οὕτε δυναστείας Ῥωμαίων, ἀριστοκρατείας, δημοκρατείας, διδακτορίας, ὑπατίας καὶ βασιλείας μνημονεύουσιν, ἀλλὰ μόνον ἐκ τοῦ Ὀκταβίου Καίσαρος διὰ τὴν κατάπαυσιν τῆς μοναρχίας, καθὼς κάτωθεν βηθήσεται. Οὕτω μὲν καὶ ὁ σοφώτατος Στέφανος ἐκ τοῦ Ὀτμάνου **316** ἀμνησθῆναι ἀρχὴν τοῦ κανονίου αὐτοῦ ποιεῖ. Ἔτι δὲ καὶ ὁ σοφώτατος Λέων ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων θεμάτιον καὶ αὐτὸς ἐποίησε, τρισσεπίμυτον κύκλου εὐρῶν κρατῆσαι ἔχει βασιλεία δυνατὴ καὶ ἰσχυρὰ ἢ ἐκ τῆς Ἄγαρ, τουτέστιν ἔτη τριακῶσια. Ἡ δὲ συστροφὴ πεντήκοντα ἔξ οὐκ ἐμνήσθη. Ἐἴτα τὸ ξανθὸν γένος ἄμα μετὰ τῶν πρακτόρων ὅλον Ἰσμαὴλ τροπίωσεν κατὰ τοὺς χρῆσμούς· τῶν θείων ἀνδρῶν. Καὶ διὰ μὲν οὖν τῶν τεσσάρων ἀνέμων τὰς τέσσαρας μεγάλας βασιλείας ὁ μέγιστος διδάσκει Ζαχαρίας καὶ Δανιὴλ ὁ θεός, τὴν Χαλδαίων λέγων, τὴν Περσῶν καὶ τὴν τῶν Μακεδόνων καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων. Τὰ δὲ δύο ἕρη τὰ χαλκᾶ τὰ δύο κλίματα τῆς οἰκουμένης εἶναι φασίν· εἰς δύο γὰρ τέμενται, εἰς τὴν Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην. Καὶ οἱ μὲν πυρρῶν ἴπποι τὸ μαιφίγονον τῶν Χαλδαίων σημαίνουσιν, οἱ δὲ μέλανες τὸν ἐπενεχθέντα παρὰ Περσῶν καὶ Μήδων τοῖς Βαβυλωνίοις θάνατον, οἱ δὲ λευκοὶ τὸ σαφὲς τῆς δόξης τῶν Μακεδόνων· οὐ γὰρ ὡσπερ αἱ ἄλλαι βασιλείαι καὶ αὕτη. Οἱ δὲ ψαροὶ καὶ

ποικίλοι τὸ ἰσχυρὸν καὶ εὐτόνον τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας δηλοῦσι. Τὸ δὲ προσταθῆν αὐτοὺς περιδεῦσαι τὴν γῆν διδάσκει πάλιν ὡς διὰ τοῦ Θεοῦ πᾶσα βασιλεία συνίσταται· φησὶ γὰρ ὁ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου· Ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου Ὀκταβίου Καίσαρος ἀρχὴν ἢ τετάρτη βασιλεία λαμβάνει, ἣν ὁ Δανιὴλ τέταρτον θηρίον φοβερὸν ὀνομάζει, διότι μὲν τότε πρῶτος αὐτὸς ἐμονάρχησεν καὶ τὸν κόσμον ὅλον σχεδὸν εἰπεῖν καθυπέταξεν. Οὗτος ἐν **317** μὲν τῶν ἡμερῶν ἀπελθὼν εἰς Δελφούς· τοὺς νῦν ὀνομαζομένους Δελφίους, ἠρώτησε τὸ μαντεῖον τίς μετ' αὐτὸν βασιλεύσει. Τοῦ δὲ Πυθίου μηδὲν ἀποκρινομένου ὁ δ' αὐθι; ἠρώτησε, διὰ τί σιγᾶ τὸ μαντεῖον; Τότε ἢ Πυθία ἔφη Ἐλθόντος οὖν τούτου ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἐν τῷ μέλλειν ἀποδιῶναι παρεγγύησε τοὺς ἐν τέλει αὐτοῦ χεῖρας κροτῆσαι καὶ γελάσαι ὡς ἐπὶ μίμου τελευτῆς. Τοῦτο δὲ ποιῆσαι διωρίσατο ἀποσκοπῶν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον ὡς γέλωτος ἄξιον.

Καὶ περὶ μὲν οὖν τῶν προειρημένων βασιλείων Δανιὴλ ὁ θεὸς προφήτης καὶ ὁ θεὸς Ζαχαρίας καὶ ἕτεροι, ὡς προείπομεν, τὴν τε ἀνόρθωσιν αὐτῶν καὶ κατάλυσιν καὶ τὰ συμβάντα πάντα διὰ Πνεύματος ἁγίου λέγουσιν, ὁμοίως δὲ καὶ Ἡσαίας καὶ ὁ σοφὸς Στέφανος καὶ Λέων ὁ βασιλεὺς περὶ τῆς καταλύσεως τῆς βασιλείας, ὡς προείπομεν. Ὁ δὲ θεόπτης Μωσῆς περὶ ἀναβάσεως καὶ εὐτυχίας ἐν τῇ Γενέσει τάδε διέξεισιν· Ὁ πατριάρχης ἡμῶν Ἀβραὰμ υἱοὺς ἐγέννησεν ὀκτώ, πρῶτον μὲν Ἰσμαὴλ τὸν νόθον ἐκ τῆς Ἄγαρ, δευτέρου Ἰσαὰκ ἐξ ἐπαγγελίας· ἐκ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σάρρας, ἧς καὶ εὐλογῆθη παρὰ Θεοῦ.

superstitionis et in perii Ismaelitarum non a Mahometis ætate duxit, sed ad modum vaticinii divini Danielis locutus est. Is quartam bestiam Romanorum imperium appellavit : nec interpretes a Remo et Romulo initium capiunt, aut Romanorum principatus, nobilium, plebis, dictatorum, consulum, regum imperia commemorant, sed ab Octavio demum Cæsare propter exitum monarchiæ, quemadmodum infra docebitur. Eodem igitur modo sapientissimus Stephanus ab Otmane amera canonis sui initium facit. Etiam doctissimus Romanorum imperator Leo thema fecit, qui florentem et vigentem Imperii Saracenorum statum ter computandum circulum tenere, hoc est, annos trecentos duraturum invenit. Perturbati imperii per annos quinquaginta sex non fecit mentionem. Deinde flava gens una cum vindicibus omne Ismaelis genus fugabit secundum divinorum hominum vaticinia. Quatuor ventis autem quatuor magna imperia Zacharias et divinus Daniel significant, Chaldaeorum, Persarum, Macedonum et Romanorum. Duos æneios montes autem duas terræ regiones esse dicunt ; in duas enim partes terra dividitur, Asiam et Europam. Atque rufi equi atrocitatem Chaldaeorum significant, nigri a Persis et Medis Babyloniis illatum interitum, candidi clarum Macedonum gloriam ; neque enim horum imperium cæteris simile est ; cineracei vero et versi-

colores robur et potentiam imperii Romanorum. Deinde mandato, ut terram obeant, significatur, per Deum omne constare regnum. Dicit enim Eusebius Pamphili, ab Augusto Octavio Cæsare quartum regnum initium capere, quoniam tum is primus solus imperavit, et totum pæne orbem terrarum sibi subiecit. Is quondam Delphos, qui nunc Daulia appellantur, profectus, oraculum consuluit, quis post se imperaturus esset. Cum nihil responderet Pythia, iterum rogavit, quare oraculum siletet. Tum Pythia respondit . . . is Romam reversus, cum mors ipsi instaret, imperavit primoribus. ut plauderent et riderent ut in fine mimi. Hoc fieri voluit, quoniam vitam rem esse risu dignam putabat.

De his igitur, quæ modo commemoravi, regnis Daniel, divinus propheta, divinus Zacharias alique, ut dictum est, de eorum tum origine tum exitu et rebus gestis, a sancto Spiritu elocuti, dixerunt. Similiter quæ Isaias, et sapientissimus Stephanus et Leo imperator de exitu imperii docuerint, explicuimus. Qui Deum vidit Moses de incrementis et successu in Genesi hæc explicat : Abrahamus, patriarcha noster, filios octo procreavit, primum Ismaelem nothum, ex Agar, deinde promissum sibi Isaacum e Sarra uxore, cui benedictum est a Deo. Sarra mortua, Cheturam duxit, e qua filios sex ge-

Μετὰ δὲ τὸ ἀποθανεῖν Σάρραν ἔλαβε τὴν Χετοῦραν εἰς γυναῖκα, ἐξ ἧς ἐγέννησεν υἱὸς ἕξ, τὸν Ζομβρᾶν, τὸν Ἰεζαί, τὸν Μαδαί, τὸν Μαδιάμ καὶ τὸν Ἐβόει καὶ τὸν Σοαί. Ἄλλ' ἐπὶ τὸν Ἰσμαῆλ τὸν νόθον ἐπανέλωμεν. **318** Μετὰ τὸ συγγενέσθαι Ἀβραάμ τῇ Ἄγαρ εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, καὶ ἰδοῦσα Σάρρα ἐζηλοτύπει αὐτῆς, καὶ ὠνειδίξει τὸν Ἀβραάμ, καὶ ἔθλιψε καὶ ἐλύπει τὴν Ἄγαρ. Ἡ δὲ Ἄγαρ, μὴ δυναμένη τοσοῦτον θλίβεσθαι καὶ κακουχεῖσθαι ὑπὸ τῆς κυρίας, ἀπέδρα, καὶ ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν αὐτὴν ἐκ τῆς κυρίας, αὐτῆς τῆς Σάρρας ἀπήνησεν αὐτῇ ἄγγελος Κυρίου λέγων· « Ἀποστράφηθι πρὸς τὴν κυρίαν σου, καὶ ταπεινώθητι ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῆς. » Καὶ εἶπεν αὐτῇ ὁ ἄγγελος Κυρίου· « Ἰδοὺ σὺ ἐν γαστρὶ ἔχεις, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσμαῆλ, ὅτι ἐπήκουσε Κύριος τὴν ταπεινώσιν σου. Οὗτος ἔσται ἄγροικος, ἄνθρωπος, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπὶ πάντα, καὶ αἱ χεῖρες πάντων ἐπ' αὐτόν· καὶ κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ κατοικήσει. » Καὶ πάλιν ἐπὶ κεφαλῇ αὐτῆς, εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ περὶ τῆς Σάρρας τῆς γυναίκος αὐτοῦ· « Σάρραν τὴν γυναῖκά σου εὐλόγησω, καὶ δώσω σοι ἐξ αὐτῆς τέκνον, καὶ εὐλόγησω αὐτόν, καὶ ἔσται εἰς ἔθνη, καὶ βασιλεῖαι ἐθνῶν ἐξ αὐτοῦ ἔσονται. » Καὶ ἔπεσον Ἀβραάμ ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ καὶ ἐγέλασε, καὶ εἶπεν ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ λέγων· « Εἰ θνητὸν, τῷ ἔκατονταετῆ ἡλικίᾳ γενήσεται, καὶ Σάρρα ἐνεθήκοντα ἐτῶν οὕσα τέξεται. » Εἶπε δὲ Ἀβραάμ πρὸς τὸν Θεόν· « Ἰσμαῆλ οὗτος ζήτω ἐναντίον σου. » Εἶπε δὲ ὁ Θεὸς πρὸς Ἀβραάμ· « Ναί, ἰδοὺ Σάρρα ἡ γυνὴ σου τέξεται σοι υἱόν, καὶ

καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσαάκ, καὶ **319** στήσω τὴν διαθήκην μου πρὸς αὐτόν εἰς διαθήκην αἰώνιον, εἶναι αὐτῷ Θεὸς ὡς καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτόν. Περὶ δὲ Ἰσμαῆλ ἰδοὺ ἐπήκουσά σου, καὶ ἰδοὺ εὐλόγησα αὐτόν καὶ πληθυνῶ αὐτόν σφόδρα· δώδεκα ἔθνη γεννήσει, καὶ δώσω αὐτόν εἰς ἔθνος μέγα. Τὴν δὲ διαθήκην μου στήσω πρὸς Ἰσαάκ, ὃν τέξεται σοι Σάρρα εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον. » Ὡδε δυνάμεθα καταλαβεῖν τὴ μέγα μυστήριον τῆς εὐσεβοῦς καὶ υἱοῦ; καὶ ἁγίας ἡμῶν πίστεως, καὶ τὴν ἀσέβειαν ἣν ἔχουσιν οἱ Ἀγαρηνοί. Καὶ οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός, ἀπαξ, ἀλλὰ καὶ δις. Ἐν πρώτοις μὲν εἶπε· « Τέξεις υἱόν καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσαάκ, καὶ στήσω τὴν διαθήκην μου πρὸς αὐτόν εἰς διαθήκην αἰώνιον, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτόν. » Ὁ δὲ Ἀβραάμ αἰτήσας τῷ Θεῷ αὐτως ποιῆσαι καὶ τὸν Ἰσμαῆλ καὶ εὐλογῆσαι αὐτόν, ὁ δὲ Θεὸς ἀποκριθεὶς εἶπεν· « Ἰδοὺ εὐλόγησα αὐτόν, καὶ πληθυνῶ αὐτόν σφόδρα, καὶ δώδεκα ἔθνη γεννήσει καὶ εἰς ἔθνος μέγα ἔσται. Τὴν δὲ διαθήκην μου στήσω πρὸς Ἰσαάκ. » Καὶ οὐκ ἠθέλησεν ὁ Θεὸς δῶσαι καὶ ἐμπιστεῦσθαι τὴν διαθήκην αὐτοῦ τῷ Ἰσμαῆλ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, ἀλλὰ μόνῳ τῷ Ἰσαάκ καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ ἦν θαυμάσαι εἰ τίς οὐ δύναται καταλαβεῖν τὴν ἔννοιαν τῶν τοιοῦτων ῥητῶν. Οἱ δὲ Ἀγαρηνοί, βάρβαροι καὶ ἄγροικοὶ θνητοί, οὐκ οἶδασιν ὀρθῶς τὴν ἔννοιαν τῶν ῥητῶν, καὶ κλαύσονται, πῶς ὁ Θεὸς ἐξ ἀρχῆς ἐξένωσε τὴν πατριάρχην αὐτῶν καὶ **320** αὐτοὺς τῆς διαθήκης αὐτοῦ καὶ τῆς χάριτος, ἀλλὰ οὔτοι κομπάζουσι πῶς καὶ αὐτοὶ ἀπόγονοί εἰσι τοῦ Ἀβραάμ καὶ ὁ Θεὸς εὐλόγησε καὶ τὸν Ἰσμαῆλ ὡς

neravit, Zombram, Iezai, Madai, Madiam, Eboei, et Soiai. Sed redeamus ad Ismaelem nothum. Agar ab Abrahamo compressa, gravis facta est. Quod ubi animadvertit Sarra, invidia commota, exprobrabat, atque lædebat et affligebat Agar. Quæ cum heræ cruciatus et injurias sustinere non posset, aufugit. At profugienti a Sarra hera obviam venit angelus, et eam cohortatus est, ut rediret ad heram, et imperio ejus se subjiceret. Ac dixit ei angelus Dñi : « Ecce in ventre geris, et filium paries quem appellabis Ismaelem, quoniam Dominus exaudivit ægritudinem tuam. Erit is ferus homo, et manus ejus adversus omnes, et omium manus adversus ipsum intentæ erunt ; atque habitabit in conspectu omnium fratrum suorum. » Rursus capite 17, Deus Abrahamo de Sarra, uxore ejus, dixit : « Benedicam Sarræ, uxori tuæ, et ex eadem filium tibi dabo, atque benedicam illi, eritque is gentium origo, et regna gentium ex eodem existent. » Atque procuravit Abrahamus in faciem risitque, atque dixit cum animò : « Si fieri potest, centenario filius nascetur, et Sarra pariet ætatis anno nonagesimo. » Dixitque Deo Abrahamus : « Ismael hic coram te vivat. » Dixit Deus Abrahamo : « Profecto Sarra, uxor tua, filium tibi pariet, et nominabis eum Isaacum, atque faciam cum eo pactionem meam in tempus æternum, ut sim ipsi et posteris ejus Deus. De Ismaele

autem, exaudivi te, et ei benedixi, et magnopere eum augebo. » Duodecim nationes procreabit, atque in magnam gentem eum faciam. Pactionem autem meam cum Isaaco faciam, quem Sarra tibi pariet in hocce tempus. » Ita comprehendere possumus magnum mysterium piæ, sanæ et sanctæ fidei nostræ, et impietatem, cui Agareni obnoxii sunt. Neque semel ei Deus illud dixit, sed bis. Primum dixit : « Procreabis filium et appellabis eum Isaacum, et pactionem meam cum eo faciam in tempus æternum, cum ipso et posteris ejus. » Cum autem Abrahamus Deum rogaret, ut idem Ismaeli faceret cique **D** benediceret, respondens Deus : « Ecce, inquit, benedixi illi et magnopere eum augebo, atque duodecim nationes procreabit et gens magna existet. At pactionem meam cum Isaaco faciam. » Noli igitur Deus pactionem suam Ismaeli et posteris ejus dare aut confidere, sed soli Isaaco et hujus posteris in tempus æternum. Atque mirandum sit, si quis æsequi nequeat horum verborum sententiam. Agareni tamen, barbari et feri homines, haud recte intelligunt verborum sensum, et lacrymanto, quod Deus a principio eorum patriarcham et ipsos pactione et gratia sua exclusit ; at gloriantur iidem, quod ipsi quoque Abrahami posterii sint et Deus Ismaeli haud secus atque Isaaco benedixerit. Errant autem hac in re, ut in omnibus solent, quod

καὶ τὸν Ἰσαάκ. Καὶ ἐν τούτῳ πλανῶνται ὡς καὶ ἐν πᾶσι πλανθάνονται, διὰ τί μὲν ὁ Θεὸς εὐλόγησε τὸν Ἰσαάκ καὶ τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐνεμπίστευσεν αὐτῷ, τὸν δὲ Ἰσμαὴλ οὐχ οὕτως, ἀλλ' εὐλόγησεν αὐτὸν ἀπλῶς ὅτι: «Καὶ πληθυνῶ αὐτὸν σφόδρα.» Καὶ τὰ ἄλογα ζῶα ὁ Θεὸς, τετράποδα καὶ ἑρπετά, ἰχθύας τε καὶ πετεινά, εὐλόγησεν εἰπών: «Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν.» Τὸν δὲ Ἰσαάκ οὐ τοιοῦτως ἠλόγησε μόνον, «Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν,» ἀλλὰ καὶ, «Κατακυριεύσατε αὐτῆς,» καὶ πάντα ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἔδωκε τὰ ὕδα ἐν τῇ γῇ ἔστι κατεξουσιάζειν καὶ δεσπόζειν, ὥστε ἦν ἰδεῖν ὅτι καὶ αἱ εὐλογίαι τοῦ Θεοῦ διάφοροι εἰσι καὶ οὐχὶ ὡς αὐτοὶ λέγουσι, διὰ τί μὲν αἱ θεταὶ καὶ ἰεραὶ Γραφαὶ καλῶς δηλοποιοῦσι τοῖς εὐ φρονούσιν, ἐκάστου υἱοῦ τοῦ Ἀβραάμ, Ἰσαάκ λέγω καὶ Ἰσμαὴλ, πῶς διαφέρουσιν αἱ εὐλογίαι, τὰ γένη καὶ αἱ κληρονομίαι ἐνδὲ ἐκάστου αὐτῶν.

Ἐν δὲ τῷ κεφαλαίῳ τῷ κ' καὶ κα' τάδε φησὶ περὶ τοῦ Ἰσμαὴλ. «Εἶπε δὲ τῷ Ἀβραάμ ἡ Σάρρα· Ἐκβαλε τὴν παιδίσκην ταύτην μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς· οὐ γὰρ κληρονομήσει ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἰσαάκ.» Σκληρὸν δὲ **321** ἐφάνη τὸ ῥῆμα σφόδρα ἐναντίον Ἀβραάμ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰσμαὴλ. Εἶπε δὲ ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ· «Μὴ σκληρὸν ἔστω ἐναντίον σου περὶ τοῦ παιδίου καὶ τῆς παιδίσκης. Πάντα ὅσα ἀνέφη σοὶ Σάρρα, ἄκουε τῆς φωνῆς αὐτῆς, ὅτι ἐν τῷ Ἰσαάκ κληθήσεται σοὶ σπέρμα, καὶ τὸν υἱὸν δὲ τῆς παιδίσκης ταύτης εἰς ἔθνος μέγα ποιήσω αὐτὸν, ὅτι σπέρμα σου ἔστιν.»

Deus Isaaco benedixit et pactionem suam dedit, Ismaeli non item, sed simpliciter benedixit et promisit, magnopere se eum aucturum esse. Nam bratis animantibus, quadrupedibus et reptilibus, piscibus et alitibus, Deus benedixit, cum diceret: «Augemini et multiplicamini et implete terram.» Adamo autem non sic benedixit solum: «Augemini et multiplicamini et implete terram,» verum etiam, «Domini ejus este,» atque in manus eorum tradidit, quæcunque in terra possideri et regi possunt, ut intelligatur, benedictiones Dei diversas esse, secus atque illi dicunt, quoniam divinæ et sacræ Litteræ recte sentientibus satis demonstrant. in utroque filio Abrahami Isaaco, inquam, et Ismaele diversas esse benedictiones, genera et heredia.

Capite 20 et 21 hæc de Ismaele narrantur. «Dixit Abrahamo Sarra: «Ejice puellam hanc cum filio ejus. Neque enim hæres erit filius puellæ cum filio meo Isaaco.» Admodum asperum id dictum Abrahamo videbatur in ipsius filium Ismaelem. Sed Deus Abrahamo dixit: «Ne asperum tibi videatur in puerum aut puellam; imo quæcunque dixerit Sarra, auscultata voci ejus, quoniam in Isaaco vocabitur tibi semen, et filium puellæ hujus magnam gentem facturum sum, quia semen tuum est.» Surrexit igitur mane Abrahamus, panem et utrem aquæ

Ἀνέστη δὲ Ἀβραάμ τῷ πρωτῷ, καὶ ἔλαβεν ἄρτους καὶ ἄσκον ὕδατος καὶ ἔδωκε τῇ Ἄγαρ, καὶ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸν ὦμον αὐτῆς καὶ τὸ παιδίον, καὶ ἀπέστειλεν αὐτήν. Ἀπελθοῦσα δὲ ἐπλανάτο τὴν ἔρημον κατὰ τὸ φρέαρ τοῦ ὄρκου· ἐξέλιπε δὲ τὸ ὕδωρ ἐκ τοῦ ἄσκου, καὶ ἐκ τῆς δίψης ἐλειποθύμει ὁ Ἰσμαὴλ. Καὶ ἔρριψε τὸ παιδίον καὶ ἐκλαυσεν. Εἰσήκουσε δὲ ὁ Θεὸς τοῦ παιδίου ἐκ τοῦ τόπου οὗ ἦν· καὶ ἐκάλεσεν ἄγγελος Θεοῦ τὴν Ἄγαρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καὶ εἶπεν αὐτῇ· «Τί ἐστίν, Ἄγαρ; μὴ φοβοῦ· ἐπακήκοε γὰρ ὁ Θεὸς τὴν φωνὴν τοῦ παιδίου σου ἐκ τοῦ τόπου οὗ ἐστίν. Ἀνάστηθι καὶ λάβε τὸ παιδίον καὶ κρίτησον τῇ χειρὶ σου αὐτό· εἰς γὰρ ἔθνος μέγα ποιήσω αὐτό.» Καὶ ἀνέφηνε ὁ Θεὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, καὶ εἶδε φρέαρ ὕδατος ζῶντος, καὶ ἐπορεύθη καὶ ἐμπλησε τὸν ἄσκον τοῦ ὕδατος, καὶ ἐπότισε τὸ παιδίον. Καὶ ἦν ὁ Θεὸς μετὰ τοῦ παιδίου, καὶ ἠξύνθη, καὶ ἐκατήχησεν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ Φαραῇ· ἐγένετο δὲ τοξότης δυνατός.»

Ὡδε δυνάμεθα καταλαβεῖν τὸν Ἰσμαὴλ. Καθὼς ἐπηγγεῖλατο ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ, εἰς μέγα ἔθνος εἶναι ἐποίησε, καὶ **322** βασιλεῖς μεγάλοι ἐξ αὐτοῦ γεγόνασι, καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ πάντας θεωροῦμεν εἶναι, καὶ αἱ χεῖρες πάντων ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐνεκατήχησεν ἐπὶ πρόσωπον ἡμῶν πάντων, καὶ οἱ ἐκ τούτου τοξοὶ ἀριστοὶ εἰσι λίαν λίαν. Πλὴν τῆς διαθήκης αὐτοῦ ὁ Θεὸς ὑστέρησεν αὐτόν· ὥστε καθῶς φησιν ἡ θεία Γραφή, καὶ ἦν ὠρισμένον ἐκ πολυῦ ἀνωθεν δι' ὧν κριμάτων οἶδεν ὁ Θεὸς, τοιοῦτως γενέσθαι· ἦν γὰρ ἀνάγκη λοιπὸν ἵνα πέρας λάδωσι τὰ ὅσα ὁ θεόπτης Μωσῆς; ἔφησε, καὶ οὐχὶ ὅτι οὐκ

Agar tradidit, humero ejus puerum imposuit, et dimisit eam. Quæ cum abiisset, per deserta delata est ad fontem sacramenti. Deficiebat aqua in utre et præ siti elanguescebat Ismael. Abjecit puerum mulier et lacrymabat. Audivit autem e sede sua vocem pueri Deus, atque appellavit Agar de celo angelus Dei, eique dixit: «Quid rei est, Agar? ne timeas; audivit enim Deus vocem pueri tui ex loco eo, in quo est. Surge, tolle puerum, eumque manu tua comprehende; magnam enim gentem eum faciam.» Tum aperuit Deus oculos ejus, ut videret fontem aquæ. Abiit igitur mulier, et, repleto utre, potum præbuit puero. Deinde aderat Deus puero, qui adolescebat et habitabat in deserto Pharae, factusque est sagittarius eximius.»

Sic agnoscere possumus Ismaelem. Sicut Deus Abrahamo promisit, ita magnam gentem eum fecit, et reges magni ex eo exstiterunt, et manus ejus adversus omnes, et omnium manus adversus ipsum intentas videmus, et domicilium collocavit in conspectu nostri omnium, et posterum ejus sagittarii longe optimi sunt; pactione autem sua Deus eum exclusit: ut, quemadmodum in sacris Litteris est et longe ante constitutum erat ob rationes, quas Deus novit, ita evenerit. Necesse enim erat, ut eventum haberent, quæcunque divinus Moses dixerat. Minime vero nos prave sentiebamus, Ko-

ἐφρονούμεν ὀρθῶς Ῥωμαῖοι τε καὶ Σέρβοι καὶ Βούλ- A
γαροι, καθὼς λέγουσιν οἱ κατηγοροῦντες ἡμᾶς καὶ
ὀνειδίζουσιν. Ἐάν δὲ πάλιν καὶ ὑπὸ ἀμαρτιῶν ἡμεῖς
ἐπαιδευθῆμεν, καὶ ὑμεῖς οἱ Ἴταλοὶ μὴ ἀμερίμῳς
μείνατε, ἀλλὰ τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸ στήθος ὑμῶν βάλετε
καὶ κατὰ νοῦν ἐνθουμήθητε, καὶ κατηγοροῦντες ἡμᾶς
παύσατε. Αὐτοὶ δὲ οἱ Ἰσραηλίται ἀπίστοι ὄντες χα-
λεποὶ καὶ ἀνελεήμονες, προστάζει δὲ Θεοῦ τοὺς πι-
στοτοὺς παιδεύουσι καὶ τὸ πλεῖον μέρος τοῦ κόσμου
κυριεύουσι. Διὸ οὐ δεῖ μεγαλοῤῥημονεῖν περὶ τοῦ-
των τοὺς Ἴταλοὺς, ὅτι διὰ τὸ ὀρθῶς φρονεῖν καὶ
δικαιοὶ καὶ ἄγιοι ἑαυτοὺς λέγουσιν εἶναι, καὶ οὐ
τὴν αὐτῶν ὀρθοδοξίαν καὶ δικαιοσύνην ἕως τοῦ νῦν
βασιλεύουσι.

Τούτους μὲν τοὺς λόγους εἰρήκαμεν οὐχὶ πρὸς τὸ B
κατακρίνειν ἢ κατηγορεῖν τινα, μὴ γένοιτο! ἀλλ'
ἵνα τοῖς καταλαλοῦσιν ἡμᾶς δείξωμεν ὅτι οὐκ ὀρθῶς
καὶ σαφῶς τὰς Γραφὰς 323 οἶδασιν. Διὰ τοῦτο μὲν
ἡμᾶς μέμφομαι, καὶ σοφοὶ εἶσι πάντες τοῦ νοουθε-
τεῖν, αὐτοὺς δὲ ἀμαρτάνοντας οὐ γινώσκουσι.

β'. Ἐπὶ τὴν ἡμετέραν οὖν διήγησιν ἐπανεέλθωμεν.
Ἐάν τις αἰτήσῃ τί τὸ πραχθὲν παρὰ τοῦ βασιλέως
τῷ διὰ μέσου καιρῷ τῆς μάχης, εἴπω αὐτῷ. Ἐν ᾧ
δὴ χρόνῳ καὶ καιρῷ ὁ Ἀμηρῶς παρεσκευάζετο καὶ
τὴν βοήθειαν ἐποίησαν οἱ ἔξωθεν αὐθένται οἱ Χρι-
στιανοί. Καὶ τῶν μὲν περικύκλωθεν αὐθέντων Χρι-
στιανῶν δῆλόν ἐστι τοῖς πᾶσιν οὐδὲν, ἀλλὰ μᾶλλον
καὶ πρὸς τὸν τῆς Σερβίας αὐθέντην Γεώργιον πρέσ-
βουν ὁ ἀμερῶς ἀπίστευεν, ἵνα μεσιτεύσῃ περὶ τῆς
εἰρήνης τῆς ἀναμεταξὺ τῶν Οὐγγάρων καὶ τοῦ C
ἀμερῶ. Μετὰ δὲ τοῦ ἀπερχομένου πρέσβεος Χρι-

mani, Servii et Bulgari, id quod, qui nos calumnian-
tur et accusant, dicunt. Vos vero Itali ne securi
agatis, sed, impositis pectori manibus, meditantini
cum animo, et desistite nos acrusare. Ismaelitæ
autem, homines impii, duri et inhumani, e volun-
tate Dei pios castigant et majorem partem orbis
terrarum occupatam tenent. Quare non decet de
his gloriari Italos, sese propter doctrinæ probita-
tem justos et sanctos se appellare et propter or-
thodoxiam et justitiam ad hunc diem regnare.

Hæc verba minime fecimus, quo, quod absit!
quemquam damnemus aut accusemus, sed ut os-
tendamus iis qui nos calumniantur, haud probe
nec recte eos Scripturas intelligere. Hiuc enim sit ut
nos vituperent et omnes sibi videantur ad repre-
hendendum satis sapere, ipsos se errare non
sentiant.

2. Revertamur ad propositum nostrum. Si quæ-
ras, quid Imperator tempore, quod in obsidione
consumptum est, egerit, dicam. Quo quidem tem-
pore Ameras bellum parabat et ad ferendam open-
se instruebant externi principes Christiani. Quan-
quam Christianorum, qui circa habitabant, princi-
pum, nullam open allatam esse, notum est omni-
bus: quin imo ad Serviaz principem Georgium
Ameras legatum misit, ut is de pace inter Hunga-
ros et Ameram concilitanda ageret. Cum legato

στιανὸς τις γραμματικὸς ἦν, ἀνατεθειμένος παρὰ
τινων Τούρκων τῶν τῆς βουλῆς εἶπειν τῷ δεσπότη-
ῖνα ποιήσῃ ἀναβολὴν εἰς τὴν ἀγάπην, ὅτι ἐάν γένη-
ται ἢ μετὰ τῶν Οὐγγάρων συνθήκη τῆς ἀγάπης
ἦτοι εἰρήνης, εὐθύς ὁ Τούρκος κατὰ τῆς Κωνσταν-
τινουπόλεως καθορμήσεται. Κάκεῖνος οὐκ ἐφρόντισε
περὶ τούτου οὔτε ἔμελεν αὐτῷ, οὐκ εἰδὼς ὁ ἄλλος
ὅτι εἰ ἀφαιρεθῆ ἡ κεφαλή τοῦ σώματος, τὰ μέλη εἰσὶ
νεκρά.

Τότε οὖν καὶ ἐν τῇ Ἐνετίᾳ βουλῆς μεγάλης γε-
νομένης περὶ τούτου ἀνέστη ὁ τῷ τότε καιρῷ δούξ,
τοῦνομα Φραγκίσκος Φούσκαρις, λέγων· « Οὐ κατ'
ἄγνοιαν γὰρ ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης ὤριζεν ἡμᾶς. »
Ἀλλὰ καὶ ἄλλοι οἱ ἰδόντες καὶ ὀμιλήσαντες 324
αὐτῷ φρονιμώτερον αὐτοῦ ἄνθρωπον ἐν τῇ Ἰταλίᾳ
οὐκ εἶδον, εἰ μὴ διὰ κακίαν καὶ φθόνον· οὐκ οἶδε
γὰρ ὁ φθόνος προτιμᾶν τὸ συμφέρον. Ἦν δὲ τὸ
αἴτιον τούτου τοῦ Ἀλωύστου Διέδου τοῦ ποτὲ μεσι-
τεύσαντος ἵνα ὁ μακαρίτης ὁ αὐθέντης μου ὁ κύρ
Κωνσταντῖνος, δεσπότης ὢν τότε τῷ καιρῷ ἐν τῇ
Πελοποννήσῳ, λάθῃ εἰς γυναῖκα αὐτοῦ τὴν τοῦδε
τοῦ δονκὸς θυγατέρα μετὰ προικὸς πολλῆς. Ὁ οὖν
αὐθέντης μου οὐ δι' ἄλλο εἰ μὴ ἵνα γένηται οἴονε!
καὶ αὐτὸς καὶ ὁ τόπος αὐτοῦ μετὰ τῆς Ἐνετίας ἐν,
συνεκατέβαινε τῇ τοιαύτῃ ἀγχισταίᾳ, ἐμοῦ τε καὶ
ἄλλων πλειόνων συναϊνούτων τοῦτο καὶ ἀναγκαζόν-
των σχεδὸν ἤδη ἐγένετο. Ὡς δὲ ἐγένετο βασιλεὺς καὶ
ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, τοῦτο ἀνοικεῖον ἦν· πῶς
γὰρ ἐδύναντο οἱ τῆς πόλεως ἄρχοντες καὶ ἀρχόντισ-
σαι κυρίαν καὶ θεσποῖναν αὐτῶν καταδεχθῆναι Ἐνε-
τοῦ θυγατέρᾳ, καὶ τοὺς γαμβροὺς αὐτοῦ τοὺς ἄλλους

Christianus aliquis litteratus erat, a Turcis quibus-
dam consiliariis additus, qui despota suaderet, ut
amicitiam conciliare studeret, ut, si fieret cum
Hungaris pacis et amicitiae pactio, Turca statim
CPolim invaderet. Quam rem miser ille nihili æsti-
mabat nec pensi habebat, nescius, capite a corpore
deciso, membra mortua esse.

Eodem tempore etiam Venetiis de hac re ma-
gnum concilium habitum est, in quo, qui tum dux
erat, Franciscus Fuscaris surrexit et dixit: « Non
ex ignorantia imperator Joannes nos expetivit. »
Enimvero etiam alii, qui eum vidissent et cum
eo collocuti essent, prudentiorem hominem in Italia
visum esse negabant. At obstabat nequitia et in-
vidia. Nescit enim invidia honorare utilitatem. Cujus
rei causa erat Aloysius Diodus, qui olim curave-
rat, ut beatæ memoriæ princeps meus, Constanti-
nus dominus, despota tum in Peleponneso, hujus
ducis filiam cum magna dote uxorem duceret.
Princeps meus non aliam ob causam, nisi ut ipse
et principatus cum Venetis jungerentur, eam affi-
nitatem admisit, nobis et aliis multis id approban-
tibus et ut fieret pæne cogentibus. Sed postquam
imperator factus est et in urbem venit, incommo-
dum erat. Quomodo enim fieri poterat, ut civitatis
viri et feminæ principes dominam et imperatricem
reciperent Veneti filiam, et generi ac sibi ejus affi-

καὶ υἱοὺς συγγάμβρους καὶ γυναικαδελφοὺς εἶναι τῷ βασιλεῖ, ἐνδόξου μὲν Ἰσως καὶ δουκὸς ὄντος, ἀλλὰ πρῶσκαίριος ἦν. Καὶ αὖθις μετὰ τὸ βασιλεῖα γενέσθαι τὸν αὐθέντην μου ὁ δοῦξ ἐξήτει τὸ τοιοῦτο, ἀλλ' ἀπεπέμφθη. Ἐνεκεν τούτου λοιπὸν ὁ ἀνθρωπος ἐγένετο ἐχθρὸς· καὶ πολλὰ εἰπόντος τοῦ Ἀλωῦσιου Λαυρεδάνου καὶ τοῦ Ἀντωνίου Διέδου καὶ ἄλλων πολλῶν, καὶ ἀποδειξάντων ὅτι εἰ καὶ ἡ πόλις ἀλωθῆ, πλείστη ζημία συμβαίνει καὶ τῇ αὐτῶν **325** αὐθεντία, πλὴν οὐκ ἴσχυσαν παροτρῦναι τὴν δοῦκα συνδραμεῖν τῷ βασιλεῖ. }

Καὶ ἡ Ἐκκλησία τῆς Ῥώμης περὶ τούτου ἐφρόντιζεν. Ἐδρεθέντος γὰρ τοῦ καρδηνάλιου Ῥωσσίας εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἐγὼ περὶ τούτου μεσιτεύσα· πρὸς τὸν αἰοιδίμον καὶ μαζαρίτην τὸν αὐθέντην μου τὸν βασιλεῖα, ἵνα γένηται ὁδε καρδηνάλις πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως· καὶ εἰ γένηται, τὰ καὶ τὰ γενήσονται παρ' αὐτοῦ καὶ τοῦ τότε πάπα εἰς βοήθειαν τῆς πόλεως, εἰ κὰν ἐκ δευτέρου μνημονευθῆ ὁ πάπας· καὶ πολλῶν συζητήσεων λόγων καὶ βουλήσ γενομένων ἔδοξε τῷ αἰοιδίμῳ βασιλεῖ τῷ αὐθέντη μου τὸ ἐν τῶν δύο μὴ γένοιτο παντελῶς, ὅτι τῷ γενομένῳ πατριάρχῃ ἀνάγκη ἦν ἢ πείθεσθαι αὐτῷ τοὺς πάντας, ἢ ἕρις καὶ ἔχθρα γενήσεται ἀναμεταξύ αὐτοῦ καὶ αὐτῶν τῶν μὴ πειθομένων αὐτῷ. Καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ διαμέσῳ εἰ καὶ συμβῆ ἡμῖν μάχη ἐξῴθεν παρὰ τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἔχειν ἡμᾶς καὶ ἔσωθεν, πόσον ἔσεται κακόν; Τὸ δὲ μνημονεύεσθαι τὴν πάπαν γενηθῆτω ἔνεκεν ἐλπίδος βοηθείας ἐν τῇ ἀνάγκῃ ἡμῶν· καὶ ὅστις τοῦτο ποιήσωσιν ἐν τῇ ἀγίᾳ **326** Σοφίᾳ, οἱ ἄλλοι ἔσονται ἀνάτιοι καὶ εἰρηνικοί.

nes imperatoris et fratres imperatricis essent? Quandoquidem dux honoratus forsā erat, sed ad tempus lectus. Atque dux quidem etiam postquam dominus meus imperator factus est, huic connubio instabat, sed repulsiatus est. Propter hanc causam igitur is nobis inimicus erat, et cum multa dixissent Aloysius Lauredanus et Antonius Diedus et alii multi, demonstrassentque, si urbs caperetur, magna detrimenta etiam ipsorum rebus allatum iri, non poterant tamen duci persuadere, ut imperatori succurreret.

Etiam Ecclesie Romanæ hæc res curæ erat. Cum enim in urbe adesset cardinalis Rossia, et ego egissem cum venerando et beatæ memoriæ imperatore, domino meo, ut is cardinalis patriarcha Cpolis fieret, unde futurum esset, ut ab ipso et papa non nihil fieret ad urbem adjuvandam, si rursus papæ mentio fieret, multis sermonibus et consultationibus habitis, imperatori, domino meo, visum est, neutrum eorum quæ consecutura essent, fieri debere, quandoquidem necesse esset, ut aut patriarchæ omnes obedirent, aut lites et inimicitie inter ipsum et eos, qui non obedirent, orirentur. Interea si nobis foris bellum inferretur ab hostibus, et conflictaremur etiam domi dissidiis, quanta mala futura essent? Papæ tamen memoria fieret propter spem auxilii in hac necessitate. Quod qui facerent in Sanctæ Sophiæ templo facerent: reliqui ne accu-

